4

# DE HOLOCAVSTO

*Humani Cordis ad Deum,*

PER PARAPHRASES

in Septem Pſalmos

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

*POENITENTIAE*

*Regis Dauidis.*

CVIVS ARCHETYPO EGREGIE DELINEATVR vera Conuerſio peccatoris ad Dominum Deum, qui eſt miſericors, & miſerator, ac præſtabilis ſuper malitia hominum.

INTERPRETE D. LAELIO MAGNIAVINIO BRIXIENSI, Doctore Theologo ex Patauino Collegio.

Bibl: Secr: Coll: Rom: Soc: Jesu



BRIXIAE,

*Apud Petrum Mariam Marchettum. M. D.C.III.*

Superiorum permiſſu.

Digitized by Google

Digitized by Google

# FEDERICO CORNELIO

Patricio Veneto,

*IOANNIS CORNELII FILIO & Apoſtolicæ Cameræ Clerico Illuſtriſſ.*

## D. LAELIVS MAGNAVINIVS Perpet. præc. Sal.

NON *eſt cur mireris, Illuſtriſſime, & Reuerendiſſ. Federice, ſi Brixiæ nonnullas Paraphraſes in ſeptem Dauidis Pœnitentiæ Pſalmos à me confectas tuo nomine inſignitas in lucem edendas curaui: pluribus enim de cauſis id faciendum fuit, inprimis quod Brixiæ natus, & educatus ſum; deinde quod Venetam D. Georgij Religionem in Alga profiteor; denique quod Reuer. D. Zaccariæ arctiſſimo affinitatis vinculo ſum coniunctus, qui nullos alios Patronos, quam tuos Maiores agnouit. Patria equidem me ad animi tui præſtantiam, egregiasq; alias virtutes, quibus præditus es, agnoſcendas excitauit, nec te ſolum tanquam Patricium Venetum, ſed tanq; heroicum virum ex Regio Corneliorum genere ortum, mihi obſeruandum, & colendum propoſuit. Agnoſcit quidem inprimis hæc ciuitas ( vt*

*æquum eſt ) Sereniſſimæ Reip. Venetæ Maieſtatem, ſub cuius imperio fæliciſſime conquieſcit; verum ſi fortiſſimos Duces, ſapientiſſimosq; Prætores intueatur, qui ad eius gubernacula ſumma cum laude multos iam annos conſederũt, neminem penè habet, cum à Sereniſſimo Venetiarum Principe diſceſſerit, quæ magis quam Clariſsimam Corneliorum familiã cognitam habeat. Quis enim ex noſtris ciuibus ignorat Maiorum tuorum auctoritatem, ſapientiam, & fælicitatem, qua tam in temporali, quam in ſpirituali poteſtate ſumma cum eorum gloria, ciuiumq; noſtrum ſalute hanc Vrbem adminiſtrarunt? Adhuc Ampliſſimorum Præſulum memoria viget; quibus moderatoribus religio, pietas, iuſtitia, fides in hac vrbe floruerũt, nunc verò vigilantia Illuſtriſs. ac Reuerendiſs. affinis tui Marini eiuſdẽ Ciuitatis Epiſcopi reſtitutas mirifice videmus. Et ne quid ad præſentem fælicitatem nobis deeſſet, diuinitus factũ eſt, vt optimus, & inuictiſſimus Vir, Ioannes Cornelius Parens tuus ad hãc ipſam vrbem opibus potentem, armorum ſtudijs aſperam, odijs ac factionibus laborantem, regendam ſuſceperit; admirabili cuius prudentia, ſingulariq; virtute ita ſunt omnia compoſita, vt in ſumma rerum copia, ac tranquillitate viuamus. Quamobrem vel ex hoc Sereniſsimo Venetorum Principi, Sapientiſſimoq; Senatui plurimum debemus, quod non cuiq; temere, ſed ipſis Reip. luminibus, & ipſis quidem maiore ex parte ex Regio tuo genere delectis, huius*

*vrbis*

*urbis adminiſtrationem commiſerit: nouerunt enim grauiorem hanc eſſe prouinciam, quam aliquorum vires ſuſtinere valeant, ideo non omnibus, ſed viris tantum heroicis, vobis ſimillimis credendam exiſtimarunt.*

*Ad hoc mea me Religio non ſolum inuitat, ſed ſuo iure compellit. Nam ſicuti ab inclyta veſtra Rep. originem ducit, (mirum quidem) à temporali matre ſpiritualem filiam ortam fuiſſe, ſed tamen orta eſt; & quod viuit, & quod honeſtiſſime ſtat, Illuſtriſs. veſtræ familiæ tribuendum exiſtimat, & maxime eo tempore, cum adminiſtratio noſtræ Religionis demandata fuit Federico Cornelio fœliciſſimæ recordationis Principi Illuſtriſs. ac S. R. Eccleſiæ Cardinali Ampliſſimo; cuius tu vt nomen, ac virtutem optime refers, ſic & ipſum vt Parentem potius, quam vt Protectorem amarent omnes Patres & Canonici, atq; illum prædicarent; Qui vt ſapientiſſimus Senator fuit, ita & grauiſſimus ſemper extitit Antiſtes; ac inter cætera ſuæ protectionis monumenta illud delere nunquam poterit aliqua obliuio; cum eius conſilio, ſtudio, & auctoritate Conſtitutiones noſtræ Religionis id roboris atq; ordinis ſint aſſequutæ, vt quaſi è tenebris deductæ nunc clariſſimis æquitatis luminibus reſplendeant, atq; coruſcant. Quid nam hoc beneficio maius in nos conferri poterat, cum & eaſdem leges ſuprema auctoritate Pontificia per Xiſtum V. Summum Pontificem confirmandas curauit?*



Digitized by Google

*Sed vbi meam cognationem relinquo? Aequum eſt, Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Federice, vt Nepotes quemadmodũ fortunarum ſuorum maiorũ hæredes euadũt, ſic ſeruorum, & patronorum hæredes fiant; Ne igitur animi ingrati notam ſubirem, aliquam meæ in te obſeruantiæ ſignificationem dare volui, ac debui; ſiquidem Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Franciſcus Cornelius S. R. Eccleſ. Cardinalis, ac Taruiſij Epiſcopus Patruus tuus eo ſeruitutis genere R. D. Zaccariam auunculum meum apud ſe tot annis habuerit, vt ne dum in Theologica facultate eius opera vteretur, ſed eundem in conſilium adhiberet, & in eius prudentiam vniuerſam penè Diœceſis curam reijceret: Hæreditario igitur iure ipſe tibi in famulum, tu mihi in Dominum contigiſti. Neque illud tacebo, quod ab re non alienum eſſe videtur; me Patauij Doctoratus inſignia ſub fœliciſſimis Illuſtriſs. ac Reuerendiſs. Alouiſij Cornelij Patrui tui auſpicijs, qui tunc temporis Epiſcopali auctoritate illi vrbi praeerat, aſſequutum fuiſſe, cuius laudes ob inſigna eius integritatis, & Chriſtianæ religionis exempla perpetuò in eadem manebunt.*

*Sed hic mihi rurſus ſummum ingenium tuum, ſuauiſſimiq; mores, ſingularis probitas, bonarumq; artium diſciplinæ ſeſe mihi offerunt, qui te ab ineunte ætate quaſi manu prenſum nõ ſolum ad iſtum Dignitatis ordinem deduxere, à quo non minus ornaris, quam ipſe abs te decoretur, ſed ad multo maiora tibi viam mu-*

niunt

Digitized by Google

*niunt, quo magis tua virtus eluceat, & Chriſtianæ, ac Catholicæ Reip. opituleris. Hæc equidem huiuſmodi ſunt, vt omnium animos ad te amandum, et colendum alliciant. Cum igitur tot tantiſq; de cauſis mihi ſis colendus, & obſeruandus, qui fieri poterat, quin meam erga te obſeruantiã, ac deuotionem aliquo ſacrarum litterarum munere oſtenderem, in quibus ſumma cum laude verſaris, ac libentiſſime conquieſcis? Sed quid ex eis lectu iucundius proferre poteram, quod ſeptem Pœnitentiæ Pſalmis præferri valeat? Hi enim ex regio Propheta, ſuggerente Spiritu Sãcto, profecti omnia penè veræ pietatis officia complecti videntur: in his tanquam in ſpeculo videre licet, quomodo ſcelera lugeamus, Dei miſericordiam imploremus, triſtem, ac iacentem animum erigamus, exultantem verò compeſcamus. Hi mores inſtruunt, pietatem excitant, qua ratione Deum veneremur, illiq; gratias agamus, eiusq; laudes celebremus, oſtendunt. Accipe igitur, Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Federice, hilari benignoq; vultu has meas lucubrationes, qualeſcunq; ſunt, quas tibi vt Domino meo, Patronoq; potenti, benignoq; Cenſori deuoto animo offero, meq; in tuorum clientum numerum referre digneris.*

*Datum Brixiæ in ædibus noſtris S. Petri in Oliueto, Anno à Chriſti Natiuitate. M. D. C. III. die xxvj. Iulij.*

# POENITENTIAE
## Præconia

*EX DIVO LAVRENTIO IVSTINIANO Venetiarum Protopatriarcha.*

Ex libro de gradibus perfectio-nis, cap. 3.

O Beata pœnitentia, ad ſalutem interioris hominis diuinitus impenſa, quanta eſt virtus tua, & quam efficax eſt medela tua? Nullum planè eſt tam graue, tamq; enorme facinus, quod non tuo deleatur effectu. Te enim Vnigenitus Dei filius in exordio ſuæ prædicationis commendauit, dicens; Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cœlorum. Te Præcurſor illius, quo inter natos mulierum (inſinuante veritate) nullus ſurrexit maior, verbis ſimilibus prædicauit hominibus. Tu es refugium humiliũ, contritorum leuamen, veniæ porta, ſpes indulgentiæ, propriæ agnoſcendæ infirmitatis magiſtra, terror dæmonum, virtutum nutrix, gratiarum cuſtos, orationis incentiuum, lachrymarum origo, conſequendæ miſericordiæ præcurſor, amica Angelorum, & ſpiritualis diſciplinæ norma præcipua.

# PARAPHRASIS

## In Pſalmum Primum.

### *Domine, ne in furore tuo arguas me; neque in ira tua corripias me.*

DVM à viſibilium rerum aſpectu mente ele-uatus in his extollor contemplandis, quæ à ſenſibus remota ſupra cœlorum altitudines reſident, eo fauore adiutus ſum, vt quadam cognitione mihi intueri videar, & principium, & medium, & finem omnium rerum, quæ vniuerſo cœli ambitu complectuntur. Mentis equidem acie conſpicio te Dominum meum, qui diuini numinis ſplendore reples altiſsimum cœli templum, inſpicio equidem te, vt ille, qui in eo illuſtri, & claro loco ſedem habeas, & vt Creator ſine principio, & vt Adminiſtrator ſine medio, & vt Iudex ſine fine. Creator cœli, & terræ. Adminiſtrator vniuerſorum. & Iudex humanarum actionum. Creator potens, Adminiſtrator ſapiens, & iuſtus Iudex. potens, ex nihilo omnia creaſti; ſapiens, imples omne animal benedictione; iuſtus, orbem terrarum iudicabis in æquitate. Vt potens Creator ab hominibus es admirandus, vt Adminiſtrator ſapiens ab illis es diligendus, & vt iuſtus Iudex ab ipſis es multum timendus, ac ſummopere pauendus. Et profecto, mi Domine, quid nam durius, aut horribilius humanæ aures ſuſtinere poterunt ea diuinæ ſententiæ prolatione, quã tu Deus iuſtitia, & æquitate tua feres in extremo iudicij die contra miſeros, ac perditos homines? O *Domine*, qui omnia creas, & omnia gubernas, te etiam atque etiam deprecor, *ne in furore tuo arguas me*, ne me punias priuatione omnis mali, ea ignominia me eiciendo à facie tua, Diſcede à me maledicte. *neque in ira tua corripias me*. nè me punias inflictione omnis mali, me acriter detrudẽdo cum diabolo & angelis eius in

1 Pars. Peccator pœnitens precatur Deum vt à ſuis peccatis diuinã auertat iuſtitiam, ſed illi condone: miſericordia ſua veniam peccatorum.

ignem æternum. vbi miſeri & infœlices quemadmodum fœlicitate omnium bonorum erunt deſtituti, ita tot tantisque malis repleti, vt mens humana capere non valeat, quibus cruciatibus, quibusque ſupplicijs impiorum animæ, & corpora apud inferos afficientur iuſtiſsimo Dei iudicio.

## *Miſerere mei, quoniam infirmus ſum; ſana animam meam, quoniam conturbata ſunt oſſa mea.*

SED auerſo furore tuæ iuſtitiæ à ſceleribus meis, reſpice me Domine, ac reſpice ſereno vultu tuæ clementiæ, quæ peccatores liberas à peccato, ac tuam eis infundis gratiam; ſimul vtrumque agis in eodem momento, nec vnum ſine altero tuæ liberalitatis eſt impartiri. Primum itaque donum mihi indulge. *Miſerere mei.* mihi remitte peccata commiſſa, mihique condona offenſas, quas inique operatus ſum contra tuæ legis præcepta, quæ tanquam itinera veræ ſalutis omnibus mortalibus præſcripſiſti. Nec de venia obtinenda parum quid eſt mihi diffidendum, nam te non latet, *quoniam infirmus ſum.* atq; vt homo, & fragilitate humana conſtans quo minus ab adoleſcentia, ob peccati fomitem, ad bonum rectus fui, eò magis factus ſum pronus ad malum operandum. alterum munus etiam imploro. *ſana animan meam.* medicina, & infuſione diuinæ gratiæ, cuius pręſtantia anima mea deſiderata obtinebit ſanitatem. Neque hoc differas. *quoniam conturbata ſunt oſſa mea.* & rectè conturbata ſunt oſſa mea, & præſtantiores facultates animæ meæ, cum ob vehementem prauarum affectionum impulſum parum abfuit, quin & cognitionis iudicium ſublatum ſit à ratione, vti & imperandi uis ablata fuerit ab ipſa voluntate; Factum eſt enim, vt peccatorum meorum prauitate, internæ iuſtitiæ ordo perturbatus ſit, ita, vt ſuperiores animæ potentiæ non amplius imperij auctoritatem in inferiores exerceant, vti illis natura decet, ſed potius quaſi ancillę, ac ſeruæ cum magno dedecore ſubijciantur alterius imperio.

Et

## *Et anima mea turba eſt valde; ſed tu Domine vſquequo?*

PRæterea, alia efficaciori & præcipua ratione nè differas, mi Domine, tuæ gratiæ medicamentum; nam ***Et anima mea turbata eſt valde***, & reuera turbata eſt, quia dum peccatis inuoluor, voluntati tuæ mea voluntas non ſeruit, cui tamen omnibus rationibus eſt obtemperandum, cum ſuprema voluntas vt lex, & norma refulgeat ſupra omnium voluntates. Ac etiam turbata eſt ***valde***. nam cui omnia mea ſtudia debeo, niſi tibi ſumme Deus? qui ratione dominij es Rex regum, titulo beneficij es Creator, & Adminiſtrator vniuerſorum, & præcepti nomine es ſupremus Legiſlator, atque ſolus Iudex humanarum actionum. At, mi Domine Deus, cuius miſericordiæ non eſt numerus, quò differs vberes tuæ gratiæ fructus? ***Sed tu Domine vſquequo?*** experior in me ipſo imbecillitatem meam, video me auxilijs diuinis deſtitutum, nè tardes, nè differas, ſed quantocius ſplendore tui luminis repelle tenebras à tuæ imaginis figura, anima mea, ac eodem inſtanti infunde, ac tribue illi donum tuæ iuſtitiæ: vt ex improbo probus, & ex miſero beatus, & ex filio gehennæ computatus ſim in numerum filiorum Dei.

## *Conuertere Domine, et eripe animam meam; ſaluum me fac propter miſericordiam tuam.*

AT dulciſsime Domine, poſtquam tuo gratię iuſtificantis fauore me cognoſcere voluiſti, eo forſitan animo vitam inter mortales ducam, vt neque cœleſtibus auxilijs egeam in futurum, vel neque præces ante te amplius emittam? Non equidem, Domine mi, hac arogantia accuſari, aut ſuperbia puniri aſſentiam: vires enim humanæ naturæ agnoſco & debiles, & imbecilles, cum à ſeipſis in actus, & operationes, quibus

*2. Pars. Poſt impetratam iuſti ficationem alia Dei poſtulat auxilia, vt mala in futurum cauere, & bona agere valeat.*

merita obtinentur, exire non valeant. Sed, bone Domine, vti ex toto corde confiteor diuinæ gratiæ præſtantiam in condonandis peccatis, ac illius etiam neceſſarium vſum profiteor pro hominum actionibus rectè agendis, ita nunc idemmet tuæ gratiæ auxilium imploro, & his præcor præcibus, vt in futurum bona agam, *Conuertere Domine* illuſtratus tuæ ſapientię numine. vt mala effugiam. *eripe animam meam*, protectus tuæ potentiæ perſidio. & vt in bonis ſemper perſequar, *& ſaluum me fac*, cum in perſeuerantiæ labore vniuerſa ſalutis uis ſit conſtituta. Neque hæc diuina auxilia vnquam à meipſo, ſed ſolummodo à tua bonitate & agnoui, & agnoſcam, vti modo atteſtor, *propter magnam miſericordiam tuam*,

## *Quoniam non eſt in morte, qui memor ſit tui; in inferno autem quis confitebitur tibi?*

3. Pars. Allegat alias rationes pro euitãda iuſtitia Dei, & pro impetrãda illius miſericordia.

VT tuæ iræ furorem à me auertas in die calamitatis, & magnæ miſeriæ, iam ante non deſtiti precibus poſtulare, quas denuò repetere non abnuo, nè me lancea diræ ſententiæ ferias cum reprobris in inferno, vbi eſt mors, & mors æterna ſine aliqua ceſſatione pœnarum, & ſine vllo tormentorum fine. Et quæſo, ò Domine Deus, cuius rei cauſa creati fuere homines, niſi vt te Deum verum agnoſcerent, teq. amarent, vt optimum & perfectum bonum? ita tuæ ſapientiæ diſpoſitione factum eſt, vt hominum intellectus tenderet in Deum, ac eorum voluntas in te ipſum eſſet ordinata; & huiuſmodi ſtatus altitudo ſublimis equidem fuit. At dum homines, ac miſeri mortales tradentur cruciatibus æternis, quis eorum in inferno erit memor tui, vt fons es, & principium omnis boni? profectò nullus. *Quoniam non eſt in morte, qui memor ſit tui*. amplius in infernalibus tormentis, quis te laudabit, aut collaudabit, & vt bonus es in teipſo, & vt bonus es in nobis? profectò nullus. *in inferno quis confitebitur tibi?* Ne quæſo fruſtrentur homines eo fine, ad quem creati fuere à

tua

tua ſapientia,& bonitate, ſed extingue & flammas furoris, & ignem tuæ iræ, atque fac, vt cum alijs hominibus ſentiam diuinæ pietatis viſcera, quæ tuimet magis eſt propria, quam rigor, ac ſeueritas iuſtitiæ in peccatores.

*Laboraui in gemitu meo; lauabo per ſingulas noctes lectum meum, lachrymis meis ſtratum meum rigabo.*

SED dum à laqueis peccatorum me tua benignitate ſoluis, forſitan à me poſtulas, vt & ego aliqua ratione porrigam manum, cum me ſine me conſentiente, & deteſtante peccatum ſaluare non vis: certè pro huius rei functione nullum temporis ſpacium prætermittam, cum vera cordis contritio, & abſoluta operis ſatisfactio ſint holocauſta pro peccatis delendis tuæ maieſtati admodum grata, atque omnibus iniqua agentibus ſummopere vtilia, & neceſſaria. Quapropter tuæ clementiæ oculis vide, & quæ multò labore operatus ſum contritione, vt omnia à me euellantur peccata. *Laboraui in gemitu meo.* Vide etiã quæ facturus ſum ſatisfactione, & cõtra peccata omiſsionis, *lauabo per ſingulas noctes lectum meum.* quia bona ipſa per negligentiã non feci. & contra peccata cõmiſsionis, *lachrymis meis ſtratum meum rigabo*. quia multa mala per audaciam perpetraui. Mei cordis contritione comitatus ſum mirabile tuæ in me iuſtificationis opus, ac maximo animi dolore laboraui, vt à viſceribus meis lætale peccati venenum effunderem, vt nec ſapor, nec odor eius inſit, ſiue inhæreat vllis potentijs animę meę. Non ſit amplius cor meũ vas veneno plenum, ſed vas in tui honorem dedicatũ, ac omni tempore ſanctificatũ. Præterea, quæ meã ſequi habent iuſtificationem, ſatisfactionis munere perficiam, vt fletum ab oculis meis emittam duplicem, tum quia tot bonorum prætermiſsione peccaui, tum quia tantorum malorum tranſgreſsione multa iniquè operatus ſum: ampliusque & abundantioribus lachrymis animam meam emundabo à malis perpetratis, quoniam grauioris

uioris profectò eſt culpæ,mala facere,quam bona ipſa omittere; quod cum iuſtum ex rei natura ſit,& tuæ maieſtati pro certo gratum erit.

## *Turbatus eſt à furore oculus meus; inueteraui inter omnes inimicos meos.*

AMplius, mi Domine, dum magnitudinem vindictæ tuæ meditor, turbatur non modò oculus exterior, ſed interior ille mentis meæ, *Turbatus eſt à furore oculus meus*. cum dies illa ob varia tormentorũ genera diuerſis etiam nominibus deſcribatur, vt non ſolum ſit dies furoris & iræ, ſed dies tribulationis & anguſtiæ, dies calamitatis & miſeriæ, dies tenebrarum & caliginis, dies nebulæ & turbinis, dies tubæ & clangoris. Et tantæ meæ meſtitiæ cauſa aliud non eſt, quod nimia peccandi conſuetudine inter vitia, prauos homines, & inimicos meos conſenuerim, *inueteraui inter inimicos meos*.

## *Diſcedite à me omnes qui operamini iniquitatem; quoniam exaudiuit Dominus vocem fletus mei.*

4. Pars. Animi grati dat ſigna pro impetratis à Deo diuinis gratijs.

SED præter hæc omnia, cum à mortifero iniquitatis morbo cœleſti Dei fauore ſim confirmatus, forſitan valetudinẽ animæ meæ, ac illius ſanitatem in poſtremis ponam? nulla profectò ratione, ſed pluris apud me erit, ac eam omnibus rebus præponam, & anteponam. Hinc animi mei deliberatione ſtabilitus ſocietatem cum perditis hominibus non amplius iniungam, immo conuertam me ad omnes iniquitatis operatores, *Diſcedite à me omnes, qui operamini iniquitatem*, cum vos longè receditis ab ea æquitate, cuius ductu iniqua omnia prohibentur, & iuſta præcipiuntur efficienda. Iureque merito nihili à me in futurum faciẽda eſt ſocietas veſtra, *quoniam*

*exaudiuit*

*exaudiuit Dominus vocem fletus mei*. exaudiuit equidem & fletus interni contritionem, & vocis externæ confeſsionem, nè amplius peccatorum ſordibus anima mea fœda, aut maculata exiſtat. Vnde gratuita Dei liberalitate conſequutus ſum, vt Dominus mei miſertus ſit, ac ſanam fecerit animam meam; quæ munera, vt à cœlo tantummodo expectantur, ſic inter diuina mirabilia pro culpis extirpandis adſcribi ſolent.

## *Exaudiuit Dominus deprecationem meam: Dominus orationem meam ſuſcepit.*

PRæterea, & clarioribus verbis ad vos alloquor de diuina in me liberalitate, quæ tum opibus pietatis, tum diuitijs gratiæ non eſt anguſta, aut pauca, dũ ipſe Dominus, & nè peccata in poſterum committerem, animam meã alijs muneribus auxit, atq; muniuit. Me equidem ſua ſapientia direxit aduerſus ignorantiæ obſcuritates, vt bona ſemper egerim. *Exaudiuit Dominus deprecationam meam*, ac etiam me ſua potentia protexit aduerſus tentationis impugnationes, vt mala omnia effugerim. *Dominus orationem meam ſuſcepit*. Inanis equidem non fuit mea deprecatio, cum ad me ſuum conuertit aſpectũ, qui mihi admodum ſuauis fuit, ac dulcis, proficiendo de virtute in virtutem. Vana non fuit mea oratio, dum me eripuit à prauis dæmonũ tentationibus, nè præcepta diuinæ legis tranſgrederem; atq; ſaluum me fecit ob perſeuerantiam tam boni, quam mali: hoc vt penitus perſequar, illud verò vt proſequar, ac totis viribus amplectar.

Exa-

## *Erubeſcant, & conturbentur omnes inimici mei valde; conuertantur, & erubeſcant valde velociter.*

3. Pars. Mot⁹ pietatis zelo pro ſalute & cõuerſione peccatorũ orat Deum.

DVlciſsime mi Domine, non eſt equidem, vt ego abſcondere valeam tuæ infinitæ bonitatis theſauros, quos in mei ſalutem ſum expertus, ſed nunc etiam præſta, & fac quæſo, vt eoſdem pietatis fontes aperias inimicis meis, & tuæ legis præuaricatoribus, tum pro diſpoſitione ad pœnitentiæ ſacrificium, tum etiam pro actu ſuſcipiendi eiuſdem virtutis holocauſtum, tuæ maieſtati tam gratum, & acceptum. Primo tuæ benignitatis fauore. *Erubeſcant, & conturbentur omnes inimici mei valde. erubeſcant*, dum ſciant eorum ſcelera, & flagitia in die Domini coram omnibus eſſe aperienda, quod illis erit ſummi ruboris, & ſine aliquo fructu. *& conturbentur*, dum cogitant inferni pœnas, quam innumeræ ſint, ac admodũ diræ, & crudeles, & ſine aliquo termine, in quibus omnibus fremet horribilis inordinatio, & omnis odibilis confuſio. Altero miſericordiæ tuæ auxilio. *conuertantur, & erubeſcant valde velociter. conuertantur* à vijs ſuis peſsimis citius quam velociter, cum plurimis de cauſis hoc ſit illis ſumme neceſſarium, *& erubeſcant* de ſingulis, & omnibus peccatis, quæ inique contra tuæ voluntatis preceptiones, ac prohibitiones ſunt operati. Nam vt pœnitentiæ refugio peccatorum veniam facilius impetrare valebunt, ſic in præſenti vita ingredientur regnum gratiæ vna cum alijs iuſtis, ac tandem peruenient ad alterum gloriç cum ſpiritibus Angelicis, qui in ſæcula ſine ſæculorum fine viuent omnium bonorum fœlicitate repleti.

PARA-

# PARAPHRASIS

## In Pſalmum Secundum.

### *Beati, quorum remiſſæ ſunt iniquitates; & quorum tecta ſunt peccata.*

SI peſsima eſt peccatorum mors, meritoque lugenda, vti ea, quæ euertit naturæ ordinem, gratiam adimit, & priuat gloria; ex aduerſo quibus laudibus celebranda & extollenda erit ipſa virtus pœnitentiæ? eſt enim ſingulare medicamentum, cuius præſtanti facultate reformatur natura, confertur gratia, & prærogatur gloria, dum ab omnibus peccatis purgat, & à maculis criminum emundat eos, qui non dedignantur eius interuentu. Sed eò magis his, qui humili & contrito animo in vſum accipiunt, valet pro prece, pro pretio, & pro ſuffragio contra omnia tam præterita, quam præſentia peccata. hoc mirabili effectu mortales homines, & ipſi peccatores in beatorum ſortem numerantur. *Beati, quorum remiſſæ ſunt iniquitates*, qui eas graui cordis dolore deplorant per cõtritionem, *& quorum tecta ſunt peccata*, qui illa ore, & rubore detegunt per confeſsionem, quæ à Deo ſua benignitate teguntur per veniam & remiſsionem.

1. Pars. Celebrat pęnitentię magnitudinem ob duplicẽ eius effectũ contra peccata.

### *Beatus vir, cui non imputauit Dominus peccatum; nec eſt in ſpiritu eius dolus.*

ALtero ſingulari effectu reſplendet magnitudo pœnitẽtię, cum ipſos homines à peccatis ſolutos tanquam medicamentum vi præſeruandi dotatum pręſeruat à futuris peccatis, ac efficit, vt ſatisfactionis ope à cõmittendis caueant, nè am-

pliuſ irritent ſeueritatem Altiſsimi, neque peccantes ſibi ipſis contrarij fiant. Qua mirabili virtute illud etiam veriſsime fatur. *Beatus vir, cui non imputauit Dominus peccatum*, quod re ipſa ſuccedit; dum homo poſt impetratam remiſsionem, non amplius relabitur in peccata, ſed tunc temporis ſummopere magni facit talentum Domini, nempe gratiam acceptę remiſſionis, eamque vt ingratus ſeruus nequaquam in terram abſcondit, aut in ſui perniciem occultat; *nec eſt in ſpiritu eius dolus*, dum promiſsis viriliter perſiſtit ſe amplius nolle peccare, vti de ſe ipſo profeſſus eſt in præteritis actibus pœnitentiæ. Quare factum eſt, vt qui inpoſterum ab iniquitatibus declinat, & notam animi grati, & ſinceri cordis ſignum apertè declarat in Dominum Deum, vti illius liberatorem, tum à ſeruitute Diaboli, tum ab æterna morte peccati.

## *Quoniam tacui, inueterauerunt oſſa mea; dum clamarem tota die.*

2. Pars. Breuiter tāgit ſui ſtatus miſerabilem conditionem.

SED, mi Domine, ſi me ipſum attendo, & mente conſidero rerum mearum ſtatum, ac conditionem, quæ in medium afferam? quidue dicere queam? Hoc, maximo mei damno, eſt veritati conſonum. *Inueterauerunt oſſa mea*, mens mea, & voluntas ipſa inueterauerunt in peccatis, ac dum ita in ſceleribus conſenui, quæ mei ſtatus eſt infœlicitas? nam quo magis peccata ipſa robuſtiora ac difficiliora in me ſunt facta, vt tollantur, inde etiam & vehementioribus opus erit remedijs, vt culparum vetuſtatem, ac malitiam à me ipſo deponam. Atq; in hæc miſerè dilapſus ſum, tum ex malorum occultatione, quia peccata mea erubui, ac nolui confiteri. *Quoniam tacui*, tum ex bonorum oſtenſione, nam ſi qua bona fecerim, ſtatim ea & arrogantia, & ſuperbia maculaui; *dum clamarem tota die*; itaque mei ſtatus hęc eſt infęlicitas, ac difficultas pro ſpirituali ſanitate recuperanda, *Quoniam tacui, inueterauerunt oſſa mea, dum clamarem tota die*.



Digitized by Google

## *Quoniam die ac nocte grauata eſt ſuper me manus tua; conuerſus ſum in ærumna, dum configitur ſpina.*

AT dum à culpis, & calamitatibus meæ conditionis ſentio me ſubleuari, cui virtuti id ſingulare donum refferam acceptum, niſi integritati, & bonitati Diuinæ? Tu enim tua graui manu conuerſionis meæ fundamenta iecisti, me ex affectu Patris flagellando, me percutiendo, ac multis pœnis me atterendo. ecce flagellum tuæ in me pietatis. *Quoniã die, ac nocte grauata eſt ſuper me manus tua*, ecce flagelli diuini mirabile opus, *conuerſus ſum in ærumna mea*, conuerſus ſum ad cognoſcendam ęrumnam ac miſeriam, in qua ob peccata mea fui deiectus: atque præcipuè conuerſus ſum, *dum configitur ſpina*, & carni meæ immititur pœnarum, & tribulationum inflictio, quæ aliud non fuit, quam eruditio diuina.

3. Pars. Narrat per quos gradus ad ſuam peruenerit conuerſionem.

## *Delictum meum cognitum tibi feci; & iniuſtitiam meam non abſcondi.*

VLterius progreſſus ſum in vera ſalutis via, vt tibi notum eſt, mi Domine, nam ſicuti diſciplina tuorum flagellorum eo peruenerim, vt certè agnouerim, quis meæ miſeriæ, ac infęlicitatis fuerit ſtatus antea mihi ignotus, ſic eadem ratione paratus fui, vt perfectæ confeſsionis auxilio à me deponerem omnia peccata, & quæ egi in bonorum operum prætermiſsione *Delictum meum cognitum tibi feci*, & quæ commiſi in malorum, & ſcelerum perpetratione, *& iniuſtitiam meam non abſcondi*: & forſitan, mi Deus, an neſcis, vel non vides peccata hominum, qui vnus & renes, & corda noſtra ſcrutaris? non ita, mi Domine, ſed dum ea tibi oſtendo, eodemmet tempore & mihi ipſi ſcelera mea oſtendo, quam ſint turpia, & detego, quam ſint vilia, & video, quam ſint mala, ac ea me feciſſe maximè doleo.

## *Dixi, confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam Domino; & tu remiſiſti impietatem peccati mei.*

AMplius, nè veris & proprijs circunſtantijs deficeret hæc peccatorum meorum confeſsio, voce ipſa profeſſus ſum Domino, me auctorem extitiſſe earum iniquitatum, quibus animam meam coinquinaui; ac etiam propria confeſſus ſum peccata, & prætermiſi (vt decet) aliena. *Dixi, confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam Domino*, ex qua perfecta confeſsione, quæ bona, quæ commoda ſum conſecutus? ecce omnia bona mihi venerè cum illa. *Tu remiſiſti impietatem peccati mei*, tu mihi condonaſti omnia peccata, quæ ita impiè egi, dum legalis tuæ iuſtitiæ dignitatem tot tantisque meis iniuſtitijs læſerim, atque violauerim. Quis Dominum dicit aſperum iudicem? quis ſeuerum? quis non mitiſsimum, ac clementiſsimum Patrem? mihi etenim conſtat, vt cum ex malo probus, ac ex miſero beatus ſim factus, id tu equidem graui manu in principio meę conuerſionis, deinde eademmet leui in remiſsionis fine operatus fuiſti.

## *Pro hac orauit ad te omnis ſanctus; in tempore opportuno.*

4 Pars. Commẽdat confeſſionẽ ac pœnitentiã, quę omnibus hominib' in mortali vita eſt neceſſaria.

EXimiæ equidem virtutis, ac ſingularis pręſtantiæ eſt peccatorum pœnitentia, vt omnibus conſtat, quæ tanquam arbor, cuius nutrimentum ab altitudine cęli attrahit, à ſe producit vberes, ac ſuaues fructus, quos percipere habent non tantum iniuſti & peccatores, ſed etiam ſancti & iuſti, quibus humanæ carnis fragilitate ſepties in die aliquando cadere contingit, ac inde reſurgunt. *Pro hac orabit ad te omnis ſanctus*, neque aliquo temporis termino præfinitur eius virtus, ſed eò magis vniuerſo mortalis vitæ curſu apud omnes vſui eſſe debet, *in tempore opportuno*, quo quidem tempore neceſſe

ceſſe eſt, vt homines reſipiſcant de proprijs iniquitatibus; quarum veniã in ſtatu meriti, & demeriti ante mortis lapſum obtinere valent.

## *Veruntamen in diluuio aquarum multarum; ad eum non approximabunt.*

PRO certo illud affirmandum eſt, quod in tempore opportuno præſentis vitæ, aut dum adeſt propoſitum relinquendi peccata, aut quando quis ſanitate eſt perfectus, tunc facilioris negotij eſt, vt veniam peccatorum mereantur, ac eorum impunitatem: Nam ſi aliò differant ***Veruntamen in diluuio aquarum multarum***, quando homines, vel ob eorum flagitia, & ſcelera in reprobum ſunt relapſi ſenſum, vel varijs infirmitatum generibus acriter affliguntur, his equidem temporibus, ***ad eum non approximabunt*** per pœnitentiam, ac res non eſt eius facilitatis, vt ex verò corde conuertantur ad Dominum, atque illis ſua pietate condonentur ſcelera, & peccata.

## *Tu es refugium meum à tribulatione, quæ circundedit me; exultatio mea, erue me à circunſtantibus me.*

ETSI tua auxiliante gratia ad huiuſmodi ſtatus altitudinem peruenerim, vt deſideratę iuſtificationis bona tuo amore ſim conſecutus; attamen video, mi Domine, vitam meã in militia eſſe conſtitutam, & contra tentationes internas, & contra impugnationes externas. Ab internis vtique impugnor, quæ vti familiares ſunt, eò vehementiores & magis difficiles, vt ſuperentur; ab externis verò inimicis vexor, torqueor, & affligor, qui & quamplurimi ſunt, ac viribus potentes, necnon & aſtutia fallaces, atque indefeſsi ad impugnandum, ea iniqua voluntate, vt contra legalem iuſtitiam mala 5. Pars. Peccator vt factus eſt iuſtus diuinũ etiam auxilium contra tentationes petit.

per-

perpetrentur, & bona ipſa dimittantur. Quò me vertam? à quo protegar in tot tantisque aduerſarijs? valde infirmus ſum, Domine, ac multum impotens, & viribus imbecillis. At tu quis es? *Tu es refugium meum à tribulatione* aduerſus tentationes carnis, *quæ circundedit me: exultatio mea* aduerſus tentationes Dęmonum *erue me à circundantibus me*. en quam propè adeſt neceſsitas diuini auxilij.

## *Intellectum tibi dabo, & inſtruam te in via hac, qua gradieris; firmabo ſuper te oculos meos.*

SED mi Domine, qui verè fons es totius bonitatis, longè ſuperare voluiſti animi mei vota, vt non ſolum tuæ potentiæ protectione me munires contra quoſcunque inimicos, nè mala habeam vllo pacto perpetrare; ſed etiam tuo ſapientiæ lumine ſum inſtructus, vt quæ recta ſunt, agnoſcam, *Intellectum tibi dabo*, ac etiam addis vires, vt ipſa bona opere compleam, *& inſtruam te in via hac, qua gradieris*, ac inſuper vt in bonis proſequar vſque in finem, tutus tua ſapientia, ac tua potentia; *firmabo ſuper te oculos meos*, quibus omnia apertè vides, & omnia faciliter potes, & operaris.

## *Nolite fieri ſicut equus, & mulus; quibus non eſt intellectus.*

6. Pars. Iuſtus cohortat͡ peccatores ad pœnitentiã, ac vt viuant iuxta rationis humanę præſcriptũ.

AD vos verò homines, & mortalis vitę cultores his ſermonibus me conuerto, zelo pietatis commotus; vt mente percipiatis humanæ naturæ celſitudinem, ac honorem, quem Deus vobis contulit ſuper omnia creata, in quibus vigent ſenſus, & imaginatio principia brutalis vitæ: ac ſicuti dignitate, & honore omnia caduca quam maximè pręcellitis, cum pręter ſenſuum multitudinem, & intellectu, & ratione vos ditauerit

rit

rit Deus, ita & rationis imperio allecti ad illius præſcriptum dirigantur omnes cogitationes, & actiones veſtræ: nolite itaque amplius duci ſenſu, vt bruta & irrationabilia *Nolite fieri ſicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus*, ſed ſequimini ipſius intellectus ſplendorem, atque operamini humanas actiones ducti tantummodo à regula, & rectitudine rationis veſtræ.

## *In chamo, et freno maxillas eorum conſtringe; qui non approximant ad te.*

AT ſi homines & peccatores, ſpreto rationis vſu, ad te appropinquare per viam pœnitentiæ nolint, ſed proprijs deſiderijs iactati circumeant omnes carnis illecebras, ac inanes mundi voluptates, vtere tu Deus (ſic te precor) chamo & freno: illos leuiter percute, illos grauiter flagella; vt præſentis vitæ fluctibus agitati, intelligant ſe non eſſe beluas, ſed nobiliſsima ſorte inter cætera eſſe creatos; cum illis tribuiſti ampliſsimas & animo & corpore dotes, quibus & gratias innumeras tibi ſemper habeant, tum etiam ad te conuertantur, teque amplectantur, vt optimum ac ſummum animarum bonũ. Fac quęſo, Domine, vt deprecatus ſum. *In chamo, & freno maxillas eorum conſtringe, qui non approximant ad te*, per veram cordis pœnitentiam.

## *Multa flagella peccatoris; ſperantes autem in Domino miſericordia circundabit.*

INſuper, animos veſtros intendite, ò miſeri & miſerabiles peccatores, ac percipite, quæ diſcrimina conſtituta ſunt inter peccatores, & iuſtos: illis equidem vt à Deo & fide, & ſpe, & charitate auerſis pręparata ſunt innumera & dira flagella, quę hic incipiunt cum perpetuis pœnis in altera vita, ſiue verius morte, vbi eſt gemitus, & dolor; gemitus ſine vera

&

& frugifera pœnitentia, dolor cum innumeris tormentis coniunctus, *Multa flagella peccatoris*; at iuſtis, qui interim fide nutriuntur, ſpe iucundantur, & amore in Domino replentur, talia ſunt ordinata, quæ mente humana capi non poſſunt, *ſperantes in Domino miſericordia circundabit*, & plurimus meritis in mortali vita, & infinitis præmijs in gloria regni cœleſtis.

## *Lætamini in Domino, & exultate iuſti; & gloriamini omnes recti corde.*

7. Pars. In perſona iuſtorum deſcribit gaudia, quę pœnitentiā ſequuntur.

SED cum iuſtis & rectis corde quæ loquar, aut proferam pro exitu huius Pſalmi? O *iuſti*, qui à malo quieſcitis, & bona agitis, vti diuina lege eſt ſtatutum, *Lętamini* non in aliqua re huius vani ſæculi, ſed *in Domino*, qui animas veſtras, vt ſanctus eſt, emundauit à peccatis commiſsis, *& exultate* etiam in Domino, qui, vt ſumme bonus, vobis impartitus eſt gratiæ iuſtificantis bona. *O recti corde*, qui recta rectè agitis, gloriamini in Domino, qui vos præſeruauit à committendis, & vt potens à malo vos protegens aduerſus mali incentores, & vt ſapiens in bonum dirigens aduerſus impugnatores boni; vt ex mortali, & caduca vita ad immortalem, & immarceſsibilem vos deducat in altiſsimo cęli templo, vbi ſumma beatitudine viuit cum Angelis, & Sanctis in æterna ſæcula.

PARA-

# PARAPHRASIS
## In Pſalmum Tertium.

### *Domine, ne in furore tuo arguas me; neque in ira tua corripias me.*

QVO in loco iacet, aut quo mœrore languet animus meus? immo vt verius dicam, nonne animus mihi eſt ſine animo? nec equidem præter rationem, mi Domine Deus. Nam quis à timore & metu leuare animum ſuum poteſt, dum certa fide cognoſcit peccata & ſcelera hominũ diuinæ ſapientiæ iudicio ſubiјci examinanda, ac tuæ iuſtitiæ ſeueritatem non effugere, quam minaris in eos, qui vitam traduxere omni vitiorum labe coinquinatam? Hoc à te peto in primis, ***Domine***, vt nihil vnquam magis, ***ne in furore tuo arguas me***, ne priuatus exiſtam æternæ gloriæ fruitione, dum meis culpis à te tot annis fui auerſus, qui es omne bonũ. ***neque in ira tua corripias me***, neque me ferias æterna ſenſus pœna, dum animum meum inordinatis affectibus conuerti ad caduca & mortalia bona. Immanes profectò erunt omnes dolores, atque pœnæ implacabiles, quibus damnatorum corpora, & animæ tam acriter ignibus inferni cruciabuntur; ſed illi pœnæ & damno damni, dum priuati erunt claro diuini numinis ſplendore, quis dolor erit comparandus, aut quis gemitus conferendus?

1. Pars. Peccator pœnitens precatur Deũ, ne in eum vt iudex velit ſuã exercere iuſtitiam.

### *Quoniam ſagittæ tuæ infixæ ſunt mihi; & confirmaſti ſuper me manum tuam.*

NE quæſo, Domine mi, punias me eò furore, quo transfers montes, quo commoues terram de loco ſuo, & quo co-

2. Pars. Flectit Deũ vt ſit illi propitius, naſ-

 lumnæ

Digitized by Google

ræs timorē, quē magnū habet de futuro iudicio & quas à ſeipſo ſuſcepit afflictiones, & quæ mala pfert ob eius multa, & magna peccata.

lumina eius concutiuntur, *Quoniam ſagittæ tuæ infixæ ſunt mibi*, nam ſagittæ timoris tui de diuino furore, qui ſuperat, qui trangit omnem temeritatem, infixæ ſunt mibi, ac ita intrarunt animam meam, ac me totum penetrarunt, vt quo abeam ſemper illum horribilem furorem feram mecum, ac citius à meipſo fugere poſſem, quam ab illo; ſic etenim conſtat, *& confirmaſti ſuper me manum tuam*.

## *Non eſt ſanitas in carne mea à facie iræ tuæ; non eſt pax oſsibus meis à facie peccatorum meorum.*

AMplius, à te ſuppliciter poſtulo, nè tuæ iuſtitiæ furorem ac rigorem in me exerceas, neve æternæ damnationis ſententia me punias; nam à facie & conſideratione iræ tuæ, quæ tam horribilis eſt in perditos homines ob eorum ſcelera, non eſt pars aliqua mei corporis, quæ vulnere ſit immunis ob multa flagella, quæ à me ipſo ſuſcepi, ac ſuſtinui, cum meis culpis iram tuā contra me iuſtè prouocauerim; ſic equidē veritati reſpondet. *Non eſt ſanitas in carne mea à facie iræ tuæ*. ac neque pax vlla eſt oſsibus, & potentijs internis animæ meæ à facie & cogitatione peccatorum meorum, quæ iram & furorem tuum concitauerunt, vt omni æqua ratione iudex factus ſis contra illa tam acer, atque horribilis. *Non eſt pax oſsibus meis à facie peccatorum meorum*.

## *Quoniam iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum; & ſicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me.*

NEque id immeritò in me ipſo factum eſt, vt nulla pax ſit oſsibus, aut facultatibus animæ meæ; nam multa peccata

ta commiſi, & ea fuerē grauia & oneroſa. Peccatorum multitudinem iam amplius tegere non valeo. *Quoniam iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum*, & eo numero inualeſcentes ſupergreſſæ ſunt caput meum, ac immerſerunt me in meipſo, tanquam in altiſsimo pelago. Peccatorum magnitudinem amplius diſsimulare non poſſum. *Et ſicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me*, ac ita me oppreſſere, vt nec gemere, nec ſuſpirare, nec reſpirare quidem poſſum preſſus onere tam immani.

## *Putruerunt, et corruptæ ſunt cicatrices meæ à facie inſipientiæ meæ.*

PRæterea nulla pax eſt oſsibus meis à cogitatione peccatorum meorũ, eò quia, quæ ſemel planxeram, vt ſtultus iterũ reſumere, ac committere non metui. *Putruerunt, & corruptæ ſunt cicatrices meæ*. peccata mea per pœnitentiam ſanata iterũ recrudeſcere feci, & quæ aliquando fuere admiſſa, denuò perpetrare volui. Sed cuius eſt hæc culpa? num medici Dei, qui mea vulnera, atq; contritiones non alligauerit validiſsimis faſcijs, aut optimis non colliuerat remedijs? non equidem id profitear. Sed mea maxima, & aperta inſipientia eſt in cauſa, *à facie inſipientiæ meæ*; cum tanti non fecerim diuinæ pietatis dona, vti ab hominibus ante omnia longè lateque ſunt eſtimanda in hoc curſu mortalis vitæ.

Relapſus in peccata locum non habuit in Regio propheta, quē alij peccatorès de ſeipſis ſæpe ac ſæpius cōfitentur.

## *Miſer factus ſum, & curuatus ſum vſque in finem; tota die contriſtatus ingrediebar.*

AT quæ damna pertuli ex multitudine peccatorum meorum? *Miſer factus ſum*, ac multum infœlix, cum peccatorum cauſa amiſi tum bona gratiæ, tum auxilia charitatis, quæ hominibus valde ſunt vtilia, vt à peccatis retrahantur, & digni

ſint dilectione diuina. Et quæ detrimenta ſuſtinui ex magnitudini peccatorum meorum? *& curuatus ſum vſque in finem;* curuus & preſſus ſum onere peccatorum vſque in finem, ita vt mihi viderer amplius ferre non poſſe. At quæ incommoda patior ex reiteratione meorum peccatorum? *tota die cōtriſtatus ingrediebar.* in maximo & aſsiduo animi dolore progrediebar, cum mihi factus ſim, quam antea, deterior, ac mea vulnera difficilioris eſſent negotij, vt ſanarentur.

## *Quoniam lumbi mei impleti ſunt illuſionibus; & non eſt ſanitas in carne mea.*

PRæterea, neque meis malis ac pœnis adhuc aliquis præfinitur finis, ſed alias ob mea peccata grauiter ſuſtineo, ac inter cætera mala. *Quoniam lumbi mei impleti ſunt illuſionibus;* ita, vt in anima mea ob iniquitates, quas perpetraui, reſident prauæ diſpoſitiones, ac mali habitus inhærent, quorum corruptione animi redduntur propenſiores, (quod eſt malum inter mala) vt inordinatæ actiones facillimè prodeāt, quæ aliud non ſunt, quam peccata contra legis diuinæ præſcripta; ac ita horum cauſa *non eſt ſanitas in carne mea* ad bonum operandū, cum ex frequentatis malorum actibus cōtraxerim diſpoſitionē, ac facilitatem ad mala agenda, vel eadem, vel diuerſa. Quod equidem cadit in pœnam, & punitionem mearum iniquitatum.

## *Afflictus ſum, & humiliatus ſum nimis; rugiebam à gemitu cordis mei.*

SED externe, quæ & qualia detrimenta expertus ſum ſcelerum meorum cauſa? *Afflictus ſum,* pluribus pœnarum cruciatibus, ac vndequaque afflicta ſunt mei corporis membra; ita meis exigentibus peccatis. Sed quod magis refert, in his perferendis pœnis patientiæ viribus fui deſtitutus, vnde grauiores & attrociores fuere mihi dolores & cruciatus; *& humiliatus*

*miliatus ſum nimis*. Ac inde his vexationibus perturbatus atq; commotus recogitabam in amaritudine animæ meæ omnia & ſingula peccata, quibus diuinam offendi maieſtatẽ; pariterq; cępi emittere magnos gemitus, & ſuſpiria, ita vehemẽtiora, vt præ magnitudine interni doloris quaſi mutato ore, & mutata voce *rugiebam à gemitu cordis mei*. maximo animi affectu veniam precando peccatorum meorum.

## *Domine ante te omne deſiderium meum; & gemitus meus à te non eſt abſconditus.*

AT, mi bone Domine, quem toto corde timeo, & cui ſeruire in iuſtitia & ſanctitate mirificè cupio, & exopto, nõ eſt, vt diuinæ ſapientiæ regere queam, & deſideriũ animi mei, & gemitum cordis mei. ecce mirabilis deſiderij mei ardor. *Domine ante te omne deſiderium meum*. vt ab omni peccatorum fece, & improbitate auerſus, ad te per verum contritionis ſacrificium accedã, & dilectione tua dignus fiam. ecce acerbus cordis mei dolor. *& gemitus meus à te non eſt abſconditus*. te namque non latet, & grauem cordis mei cruciatum, & quas ab oculis meis emiſi lachrymas, ob id præcipue, quia dum iniquitatum labe inuoluta extitit anima mea, eò vniuerſo tempore, vera & perfecta vita fuerim deſtitutus, in diuinæ Maieſtatis offenſam, ac ſalutis meæ perniciem.

3. Pars. Deſiderium ſuę cõuerſionis in Deũ explicat, ac inde narrat difficultates, ſeu impedimenta tam interna quam externa, quæ in hoc opere expetitur.

## *Cor meum conturbatum eſt, dereliquit me virtus mea; & lumen oculorum meorum & ipſum non eſt mecum.*

SED deſerere ac relinquere peccata, & ad vera ſalutis itinera properare, hoc opus hic labor eſt; nam ob varias perturba-

turbationum agitationes quas interne ſuſtineo, *Cor meum conturbatum eſt*, cor rationis & mei intellectus exiſtit obnubilatum in his contemplandis, quæ à me pro mea ſalute ſunt agnoſcenda. *dereliquit me virtus mea*, & virtus voluntatis meæ ſuis deſtituta eſt viribus, dum bona ab intellectu cognita præligere, & exequi nequit, vt agantur ſed quid plura? *& lumen oculorum meorum, & ipſum non eſt mecum*, dum lumen naturalis cognitionis boni, & mali, quod ſingulari dono naturæ à corde meo deleri non poteſt, ſuſtinet & ipſum impedimenta nonnulla, vel à concupiſcentijs, vel à prauis habitibus, dum principia communia aptare intendit ad ſingularia operabilia.

## *Amici mei, & proximi mei aduerſum me appropinquauerunt; & ſteterunt.*

SED præter ea, quæ plurimum negotij in me habent, nè vera ad te meæ conuerſionis amplectar bona, non deſunt aliæ & equidē laborioſa & oneroſa, quæ mihi ſunt pariter magnæ difficultatis, dum deguſtare cupio ſuaues ac vberos pœnitentiæ fructus. Extra me ipſum, Domine mi, inſpicio impugnatores, & ſentio impugnationes. Impugnatores ſunt homines per cognationem coniuncti, *Amici mei*, & homines per inhabitationem vniti, *& proximi mei*. Impugnationes vero ſunt, *aduerſum me appropinquauerunt*, vt non his inſodēdem, quæ mihi in ſalutis profectu ſunt valde vtilia & neceſſaria; atque in his impugnationibus pertinaci & indurato animo *ſteterunt*, nullo modo, nulla ratione à male inceptis contra meum propoſitum deſiſtentes.

Et

### *Et qui iuxta me erant, de longè ſteterunt; & vim faciebant, qui quærebant animam meam.*

INſuper, in hoc ſalutis meæ negotio non defuere alij, à quibus non tantum impugnationes ſuſtinui, ſed quod maioris eſt doloris ac detrimenti, ab his fui penitus derelictus ac deſtitutus; & hi fuere mihi ſocij, amoriſq; vinculo valde coniuncti. *Et qui iuxta me erant,* neceſsitudinis amore *de longè ſteterunt* me deſerendo, me deſtituendo. Neque his arduis negotijs adhuc aliquis imponitur terminus, ſed tertio loco præſto adſunt multæ, & graues perſequutiones, quas ab his perculi, & primum tum opere & manu violenta *& vim faciebant, qui quærebant animam meam* æternæ damnationi: quærentes auide, nè ego ieiunijs, ac vigilijs comprimerem vitia carnis, aut orationum auxilio eleuarem me ipſum ad inquirenda cœleſtia, & diligenda diuina.

### *Et qui inquirebant mala mihi, loquuti ſunt vanitates; & dolos tota die meditabantur.*

TVM & vocibus in hac perſequutione contra me vſi ſunt, vt à ſancto propoſito tuæ manus viſitatione concepto me auerterent. *Et qui inquirebant mala mihi, locuti ſunt vanitates*, dum vanis illecebris carnis, ac falſis mundi voluptatibus me illicerent, aut me atterrerent ob eas, quas iuſti in ſancto Dei ſeruitio experiuntur, difficultates. Nec non, & eorum cordibus contra me multa & varia, quibus me poſſent decipere, & a recto dimouere, machinati ſunt. *& dolos tota die meditabantur*, animo inuido tabeſcentes aduerſum animi mei deſideria, nè ad vera ſalutis itinera properarem.

Ego

## *Ego autem tanquam ſurdus nõ audiebam; & ſicut mutus non aperiens os ſuum.*

AT, dulciſsime Domine, in his tentationibus & impugnationibus quæ operatus ſum? & quomodo me geſsi? tuo equidem fauore adiutus, ea profectò vſus ſum facilitate & manſuetudine, vt dum vel blanditijs emolirent, aut violentijs me deprimerent, ex voluntate factus ſum ſurdus, *Ego autem tanquam ſurdus non audiebam*, quia tu Domine pro me audiebas: ac etiam factus ſum vt mutus, *& ſicut mutus non aperiens os ſuum*, quia tu Deus pro me illis ſecreto afferrebas reſpõſa: nam mihi clarè conſtat, te ſaluare pauperem de manu violenti, ac vera & firma ſpes factus es egeno.

## *Et factus ſum ſicut homo non audiens; & non habens in ore ſuo redargutiones.*

PRæterea, dum me laudibus extollerent adulatorijs, ſiue me deiceretur contumelijs & irriſionibus, non fracto, ſed forti animo me his omnibus oppoſui, tanquam homo, qui & auribus ex virtute patientiæ careret, *Et factus ſum ſicut homo non audiens*, ac lingua priuatus eſſet, *& non habens in ore ſuo redargutiones*. Nam tuta ſpe confirmatus non ignorabam tuæ protectionis opera, qui ſaluum facis egenum à gladio oris peccatorum.

## *Quoniam ſperaui in te Domine; tu exaudies me Domine Deus meus.*

4. Pars. Securum ſe reddit atq;

QVis meæ ſalutis ſit ardor, te non latere mihi perſuaſum habeo, cum expulſis peccatorum maculis, illud vitæ genus

nus eligere ſtatui, quo amore tuo dignus efficiar vna cum peccatoribus pœnitentibus, & iuſtis viris. Attamen, vt hæc omnia facilius conſequar, addo ſupplicationes, & humiliter precor tuam pietatem, quæ ſemper & maxima, & ſumma fuit, vt me non tantum audias, ſed re & effectu *exaudias*, ac omnia mihi peccata dimittas, ſimulq́ue tuæ benedictionis rorem infundas. Neque huius gratiæ aliqua eſt mihi difficultas, *quoniam ſperaui in te Domine*, Tu factus es protector omnium in te ſperantium, atque de diuina in te ſpe nullus remanet confuſus, vel à te eſt derelictus, aut deſpectus, vt illum non exaudias in neceſsitatibus ſpiritualis indigentiæ.

omnem ſibi Promittit ſalutem & cõuerſionẽ in Deũ, in ipſo omnẽ ſuam ſpem collocans.

*Quia dixi, ne quando ſupergaudeant mihi inimici mei: & dum commouentur pedes mei, ſuper me magna loquuti ſunt.*

AC meæ in te confidentię, vt à peccatis tua gratia ſim mundatus, ecce euidens ſignum, *Quia dixi*, ac petij à te, Domine, omnibus votis, nè præſtarem animæ meæ malas concupiſcèntias, atque poſt eas irem. *ne quando ſupergaudeant mihi inimici mei, & dum commouentur pedes mei*, atque affectus animi mei tenderent ad mala, *ſuper me magna loquuti ſunt*, ac etiam me deriderent ac inſultarent, vt iam à Deo derelictus, ac inde vt nunquam reſurgerę valerem.

*Quoniam ego in flagella paratus ſum: & dolor meus in conſpectu meo ſemper.*

ET qua ratione queam ſuſpicari, vt peccatorum veniam aut mihi differas, aut à me auferas, mi bone Domine? Quæ ſim facturus, vt tuam clementiam ipſe ſequar, & aſſociar,

profectò vides. illam etenim ſequar opere per ſatisfactionem, ac illam aſſociar corde per contritionem: feram flagella, ac omnia, quæ tibi pro redimenda gratia placuerint, libens accipiã. *Quoniam ego in flagella* ſuſtinenda *paratus ſum*. offero etiam voluntatem, quæ peccauit, quæ nunquam de peccato cogitare habet, quin de illius euẽtu ſummo dolore afficiatur, *et dolor meus in conſpectu meo ſemper*. quia cœleſtia mandata paruipendens ſic grauiter diuinam offendi maieſtatem, ac tuam in me ampliſsimam bonitatem.

## *Quoniam iniquitatem meam annunciabo: & cogitabo pro peccato meo.*

HAbes, mi Domine, voluntatem, quæ peccauit, habes etiam & reum nunc ſuaſcelera confitentem ac peccata. *Quoniam iniquitatem meam annunciabo*, voce ipſa per confeſsionem; ac ita paratus & expeditus ſum, vt à me expugnentur, quæ cõmiſſerim, peccata. Atque vt efficacioris virtutis ſit huiuſmodi expugnatio, pręmittam diligenti examine, & mala, quę perpetraui, & qua ratione, & quo tempore, vt nec vnum quidem (quo ad me fieri poterit) pręteremittam, *& cogitabo pro peccato meo*, vt radicitus euellatur, & deſtruatur à corde meo.

## *Inimici autem mei viuunt, & confirmati ſunt ſuper me: & multiplicati ſunt, qui oderunt me inique.*

6 Pars. Proponit tentationes, quas ab inimicis ſuſtinet, vt gratię iuſtificantis donũ ab eo auferant.

BEnigniſsime Domine, ante te equidem profiteor in ſtatus altitudinem me tua iuſtificante gratia eſſe ſubleuatum; at quid mea, ſi poſtea læto & alacri animo non proſequar, aut in eo non ſubſiſtam? Ab hac fœlicitate vt decidam, nulla ratione eſt mihi perſuaſum; attamen multum timeo meæ ſalutis periculum, ac valde horreo, cum agnoſcam quæ meæ ſint vires, & quales

quales ſint inimici mei. Inimici mei nonne omni tempore, omni loco, & de omni malo me impugnant? *Inimici autem mei viuunt*, hi nonne præcellunt me & potentia, & aſtutia, & labore? *& confirmati ſunt ſuper me*, & hi nonne ſuperant me numero? *& multiplicati ſunt*, atque nonne odio me habent, & ſine aliqua cauſa? *qui oderunt me inique*. Ac ita in ſummo rerum diſcrimine poſitus eſt meæ ſalutis ſtatus, atque profectus.

## *Qui retribuunt mala pro bonis, detrahebant mihi: quoniam ſequebar bonitatem.*

AMplius, fit grauius gratiæ impetratæ periculum, cum non ſolum ab inimicis ſuſtineo perſequutiones, quia mala agere nolo; ſed alias etiam perferam, quia quæ recta ſunt, non prætermittam, vt ipſi eorum impugnationibus inquirunt; Hi etenim non tantum effecti ſunt incentores mali, ſed etiã boni impugnatores, ac tuam iuſtitiam omni ex parte oppugnant, & qua hominibus interdicis mala, & qua eis præcipis bona. Sic reuera conſtat, *Qui retribuunt mala pro bonis*, & qui omnem bonitatem, ac iuſtitiam impugnare, & expugnare conantur, *detrahebant mihi*, mordacibus & inuidis linguis. & ſumma iſtius odij eſt, *quoniam ſequebar bonitatẽ*. à malo quieſcẽs, & bona faciẽs, cuius bonitatis pulchritudo illis ſemper inuiſa fuit.

## *Ne derelinquas me, Domine Deus meus: ne diſceſſeris à me.*

SED quo me vertam in tantis periculis conſtitutus, vt mala non committam, & bona ipſa non omittam? Inimici nõ deſunt vndequaque, perſecutiones ſunt aſsiduæ ac vehementes, & quod magis refert, viribus ſum valde debilis atq; imbecillis. *O Domine Deus meus*, quem vere timeo, quem ſincere colo, & quem ex toto corde diligo, ſis mihi præſidium contra omnia mala, & conſerua me, ne vt impius mala opere compleam, 7. Pars. Petit à Deo auxilia tam gratię protegentis quam gratiæ proficientis.

*Ne derelinquas me.* nẽ vt iniquus mala cogitatu agã, *ne diſceſſeris à me*. Sed tuis auxilijs munitus & derelinquam vias meas peſſimas,atque penitus diſcedam à malis cogitationibus meis.

## *Intende in adiutorium meum; Domine Deus ſalutis meæ:*

AD hæc, ſi auxilio conſeruantis gratiæ mihi adfuiſti, vt mala effugiam tum opere, tum mente;addo vltimo preces, vt præſto mihi ad ſis & altero ſubſidio gratiæ proficientis, cuius ductu,quæ recta & honeſta ſunt,proſequar,ac oĩbus amplectar viribus proficiens de virtute in virtutem iuxta legalis iuſtitiæ præſcripta. *Intende in adiutorium meum*,quod mihi admodum eſt neceſſarium. Neque differas hæc ſubſidia cœleſtia *Domine Deus ſalutis meę*. ſalus profectò mea in hac mortali vita alibi non eſt expectanda, quam à libera tuæ pietatis voluntate, quam quo tempore in mortales exerces, tunc apertis ſignis manifeſtas & æternę ſapientiæ virtutem, nec non & tuæ potẽtiæ vim infinitam his aperis, qui de eorum iniquitatibus per pœnitentiæ holocauſtum reſipiſcunt.

PARA-

# PARAPHRASIS
## In Pſalmum Quartum.

## *Miſerere mei Deus: ſecundum magnam miſericordiam tuam.*

*1. Pars. Varias Deo offert p̄ces, vt peccata contra triplicem ordinē legis diuinæ commiſſa, ei dimittãtur.*

QVID tua bonitate pręſtãtius, ò Domine Deus, & quid mea iniquitate deteſtabilius? tua bonitas profectò tanta eſt, quanta poteſt eſſe maxima: at ego qua improbitate accuſor, & qua prauitate reprehendor, & exagitor? Tu equidem bonus es, ac vt in bonitate diues à me aliud non expectas, niſi vt bonitatis tuæ veſtigia ſequar, non ſolum erga te ipſum fontē vniuerſi boni, ſed etiam erga proximum meum, ac in me ipſum, quibus tuæ imaginis dignitatem, ac bonitatis honorem es impartitus. Sed de mea in te probitate aliquid ne gloriæ vſurpare poſſum? Heu me infœlicem. Quæ mea fidelitas in diuinæ maieſtatis cultu? quæ mea reuerentia in tui nominis honore? quale meum in te obſequium in veri ſabbathi ſanctificatione? Iſta equidem ſunt veræ religionis officia, quæ omnibus rationibus tibi præſtare oportet; & tanquam illi, qui à te ipſo, & in te ipſo es principium, ac finis omnium bonorum; & tãquam illi, qui vt Creator vniuerſi, ac ſummus rerum Adminiſtrator propè infinita bonitatis munera mihi tua benignitate contuliſti. Qua igitur confuſione turbatus non erubeſco, dum oculos ad te ſupra altitudinem cœli eleuare pręſumo, qui primum ordinem diuinæ legis his improbitatibus ſum tranſgreſſus? Sed ſicuti tu verè fuiſti bonus in condenda lege, vt & ego iuxta illius normam probus efficerem: ſic verè pius & miſericors es in peccatis condonandis, vt his deletis itidem probus euadere, & permanere queā. Tutus autem de venia obtinenda, ac de bonitate recuperanda confirmatus, audeo nunc ad te accedere, & præſtãtiſsimos miſericordiæ tuæ fructus his percipere precibus. *Miſerere mei*

*Deus,*

*Deus*, peccata contra tuam bonitatem à me perpetrata, & vt bonus es in te ipſo,ac ut bonus es in nobis,mihi,quęſo,remitte atque indulge. Et hoc agas, *ſecundum magnam miſericordiam tuam*. non vtere parua miſericordia,qua vt clemens peccantibus tot naturæ beneficia infundis; non ea pariter mediocri, qua vt longanimis ſuſtines, & expectas tanto tempore peccatores: Sed mecum vtere magna, & principali miſericordia, qua vt verè pius ac miſericors à morbo ad ſanitatem, à morte ad vitam reuocas peccatores, atque illorum animas ſplendore tuæ gratiæ,ac iuſtitiæ illuſtrare ſoles.

## *Et ſecundum multitudinem miſerationum tuarum; dele iniquitatem meam.*

AT cum eo, qui eiuſdem naturæ mecum eſt particeps, ac tuæ imaginis ſimilitudinem gerit, vt ego ipſe, quomodo alterum tuæ legis ordinem cuſtodiui, & ſeruaui? Tu pręcipis, vt in illum ſim bonus,tum beneficentia,vt debitum parentibus præſtem honorem, tum etiam innocentia, vt non ſolum nil nocumēti mea improbitate ſuſtineat vel eius vita, aut perſona lege matrimoniali ei coniuncta,ſed etiam illius res ab eo non auferantur, ac neque eius honori aliquod crimen inferatur. Sed ego miſer & infœlix quid de mea in proximum integritate queam præſumere, ac proferre? nonne inique egi cum eo,qui & dono naturæ, & charitatis vinculo eſt alter ego? atque vt meæ deleantur iniquitates,à quo conſequi poſſum, niſi à bonitate,à potentia,& ſapientia tua? Preces alias addo, Domine Deus. *Et ſecundum multitudinem miſerationum tuarum delè iniquitatem meam*. Si prius mecum vſus es magna miſericordia, nunc, quæſo, vtere multiplici miſeratione tua, cum tu ſis fons in magnitudine miſericordiæ, & fluuius in multitudine miſerationum, quibus & multa, & multis, & multoties dimittis.

Am-

Digitized by Google

## *Amplius laua me ab iniquitate mea: & à peccato meo munda me.*

PReterea & nunc tertio, o Domine Deus, ante te ſupplicationes effundo, quia & tertium ordinem ſum tranſgreſſus, quē mihi tua lege præcipiſti, vt in cogitatis, ac deſiderijs ea eſſem integritate, vt nè deſiderarem vxorem proximi, neque eiuſdē res ac ſubſtantias concupiſcerem. Sed ſicuti mea culpa peccatis peccata connexi, ita tua ſpe munitus votibus vota adnecto. *Amplius laua me ab iniquitate mea*, cum bona delectabilia contra tuæ legis præſcriptum, ac meæ rationis normam concupierim. *& à peccato meo munda me.* cum & bona vtilia tam inordinatis affectibus à me fuerint deſiderata.

## *Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco: & peccatum meum contra me eſt ſemper.*

SED his peccatis, & alijs grauioribus à me cōmiſsis, quid eſt, vt de magno miſericordiæ tuæ dono aliqua in me poſſit cadere dubitatio, dum tuā pietatem eodem inſtanti comitatur meę volūtatis aſſenſus? Scio enim, quod creaſti me ſine me, ſed ſaluare me nō vis ſine me, & ſine me conſentiente, & deteſtante peccatum. Et ecce; *Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco;* quæ aliud non fuit, quam inordinatus actus meæ voluntatis contra tuæ legis præcepta, quæ diuino digito in mei ſalutē ſcripſiſti. Quam iniquitatem vti reuera agnoſco, ſic eam deteſtor, ac ſummo perſequor odio, atque omni cordis mei dolore à mea voluntate abijcere contendo. Sed addo; & in poſterum dum mea ſupererit vita, ita mihi erit inuiſum omne peccatum, vt illud ſemper impugnar, & expugnar, quotieſcunque in meam cadet memoriam, *& peccatum meum contra me eſt ſemper.* Non obſcurum eſt, mi Domine, te noſtrorum ſcelerum penitus obliuiſci, dum nos illorum & odio, & deteſtatione memores ſumus.

2. Pars. Multis argumentis ſeſtit Deum, & illius miſereatur.

Tibi

*Tibi ſoli peccaui, & malum coram te feci: vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cum iudicaris.*

PRæterea, de tuæ pietatis propitiatione omne bonum mihi certè ſuadeo, cum præter perpetuum peccati odium, alacri animo etiam paratus ſum, vt amore ad te accedam, tibiq; omni vera dilectione adhæream. Nam nec vnum quidem prętermittam, quæ fieri debeo, vt perfecta diſpoſitione præſtantiſsimum diuinæ gratiæ donum ſuſcipiat anima mea. Iam impedimenta remoui per contritionem à peccato penitus diſcedens, nunc erigo affectum in te ipſum, nunc ad te accedo per conſenſum, per amorem, ac ſummum deſiderium. Quo acceſſu profectò agnoui meorum delictorum grauitatem; quia vt imprudens peccaui contra diuinam ſapientiam, ác æquitatem. *Tibi ſoli peccaui,* qui diuinæ legis præceptis ea mihi propoſuiſti, quæ pro ſalute mea vel efficienda vt bona, vel euitanda vt mala erant. Vt impudens etiam peccaui contra infinitam vim, ac potentiam tuam, *& malum coram te feci,* qui tum amore præmij inuitaſti ad virtutes, vti & pœnarum timore me à peccatis, & vitijs deterrere voluiſti. Sed ſi præter animi mei diſpoſitionem, vt tua gratia dignus efficiar, me conuerto ad promiſſa tuo ore pœnitentibus facta; quid iterum de venia peccatorũ, quid de eorum diuina obliuione eſt mihi ne parũ quidem dubitandum? Sic equidem certus ſum, & iniquitas mea à te eſt tua dilectione delenda, *vt iuſtificeris in ſermonibus tuis,* vt iuſtus ac fidelis exiſtas in præmiſsis tuis: ac eò magis id eris facturus, *& vincas* incredulos, & infideles, *cum iudicaris* iniuſtè ab illis, vel quaſi impotens, vel quaſi nollens his diuinã communicare miſericordiam, qui eam & humili fede, & ſpe certa à te petere ſolent.

## *Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum: & in peccatis concepit me mater mea.*

AMplius, perſpicio equidem nullam in te eſſe moram, vt non emundes à peccatorum maculis animam meam, dũ tibi offero miſerabilem humanæ naturæ conditionem, quam ego vt homo contraxi ab initio naturalis natiuitatis in viſceribus maternis. Tunc temporis (ſcis Domine) & anima mea fœda eſt facta. *Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum*, & caro mea eſt infecta. *& in peccatis concepit me mater mea*. Anima mea ex alienis peccatis maculatur peccato originali; & caro mea eodem pariter inſtanti inficitur fomite peccati. Peccati originalis cauſa voluntas humana à diuina voluntate efficitur ribellis; vti & fomite peccati caro ipſa, & ſenſitiui appetitus repugnant imperio rationis, ac legi voluntatis. Et ſicut ex repugnantia rationis cum diuina voluntate ortum habent iniquitates, quæ ex certa malitia perpetrantur; ita à rebellione carnis cum ipſa ratione progrediuntur peccata, aut ex ignorantia, aut ex paſsione progenita. At, mi Domine, quam pius eris ad miſerendum? quã clemens ad parcendum? nonne proſpicis has fœditates, & has contagiones? his namq;, cum peccatum hominis reddatur minus voluntarium poſt Adæ tranſgreſsionem. nonne illud eò magis dignum eſt venia, indulgentia, & omni remiſsione?

## *Ecce enim veritatem dilexiſti: incerta, & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi.*

QVid vlterius de clementia ac pietate tua, ò Domine, dicere valeo, aut poſſum? Tu mei miſereris, tu meam deles iniquitatem, tu me lauas à peccato. Et forſitan huiuſmodi bona impetrare contendam vel viribus hominum, aut Angelorum potentia, & ſapientia? Nulla equidem ratione,

Tuæ gratiæ ſunt munera, ac tuæ pietatis ſunt dona. At his ſingularibus donis alia ne poſſunt addi, aut deſiderari? ita equidem. *Ecce enim veritatem dilexiſti, incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi.* Quæ enim ſunt incerta & occulta hominibus, nempe, an ſint digni odio, vel amore, cum tua præſentia in nobis, vel tua abſentia à nobis cognoſci non poteſt viribus humanis, illa equidem diuina reuelatione mihi manifeſtaſti, ac certiorem me feciſti, vt tibi ſim gratus & acceptus ex gratiæ iuſtificantis impetratione. Et quid hoc munere præſtantius, aut ſublimius? Quod ſupernaturale donum à ſupernaturali virtute equidem agnoſco, dum homo eam de ſeipſo profitetur veritatem, quā tu magnopere in peccatore diligis, dum ſe reddit ante tuam pietatem ſupplicem, tanquam omnium criminum reus, atque ad pœnitentiam de peccatis agendam prompta animi diſpoſitione ſeſe conſtituit, atq; exponit.

## *Aſperges me Domine hyſſopo, & mundabor: lauabis me, & ſuper niuem dealbabor.*

5. Pars. Petit à Deo præſentis vitæ tribulationes, vt his ſatisfaciat iuſtitiæ Dei q̃a inordinate fuit cōuerſus ad caduca bona.

SED, mi Domine Deus, poſtquam ſalutem diuino influxu conſequutus ſum, tam à morte culpæ, quam ab æternæ pœnæ reatu, quia à ſummo & æterno bono cor meū fuit auerſum; nōne adhuc & languoribus quibuſdam anima mea eſt affecta, ob inordinatam conuerſionem, quam habuit ad caduca & viſibilia bona? nonne digna eſt reatu pœnæ temporalis? nonne ſuſtinet debilitates quaſdam ad bonum ob meorum peccatorum reliquias? Vtrumque eſt verum. Ac, vt ſatisfaciam temporarijs pœnis, à teipſo poſtulo. *Aſperges me Domine hyſſopo*, purga me Domine, emunda me hyſſopo amaritudinum, quas in carne mea ſentiam flagellis, & diſciplinis præſentis vitæ; ac inde, *& mundabor*, & purus ero ab omni reatu, & obligatione huiuſmodi pœnarum. Præterea, *lauabis me*, à reliquijs peccati aqua pariter tribulationum, *& ſuper niuem dealbabor.* quia tunc anima emundata ab his malis diſpoſitionibus, ea fulgebit

bit puritate, vt niuium albedo nulla ratione illius candori erit conferenda; cum rerum naturalium perfectiones longè lateque ſuperentur à donis cœleſtis gratiæ.

## *Auditui meo dabis gaudium, & lætitiam: & exultabunt oſſa humiliata.*

ET dum mente eleuatus ſingula beneficia mihi immerenti oblata conſidero, & contemplor, quo gaudio ſum repletus, qua lętitia cumulatus, & quali exultatione perfuſus? Non amplius (tua id operante gratia) ſum auerſus à cœlo, ſed ad cœleſtia eleuo & oculos & cor meum; non amplius amore adhęreo caducis, ac mundo, ſed ab iſtis auocaui animũ meum, ac vt penitus à mundi illecebris remotus, atque ſeiunctus, meam in poſterum ducam vitam. Sic conſtanter fateor: *Auditui meo dabis gaudium*, cum culparum vitio nõ amplius ſim improbus, *& lætitiam*, cum neque pœnarum damno miſer, aut infœlix exiſtam; ſed magis ab improbitate ad iuſtitiam, à miſeria ad ſtatum fœlicitatis tuo fauore peruenerim. Et quale argumentum mihi deeſt exultandi tota anima, & toto corde? *& exultabunt oſſa humiliata*, quæ ſunt grauiter afflicta propter opera ſatisfactionis à me ſponte ſuſcepta.

## *Auerte faciem tuam à peccatis meis; & omnes iniquitates meas dele.*

SED cum ſumma iuſtitia, ſummaque clementia tua ita ſociæ, ita germanæ ſunt, vt nuſquam non ſint coniunctæ, ac perpetuo indiuiduæ; attamen pro vtraque ante te fundo preces, at non eaſdem, ſed admodum diuerſas, atque precor, vt tua iuſtitia à peccatis meis omnino ſis auerſus, *Auerte faciem tuam à peccatis meis*, nè ſim de eorum numero, qui tuæ iuſtitiæ rigorem experiuntur cum eorum perpetua damnatione. Sed tua benigna miſericordia *omnes iniquitates meas dele*, & locum

habeam inter eos, quos cum ſuſcipis in ampliſsimum tuum complexum, tunc magnopere in eis relucet ſplendor tuæ pietatis, atq; clementiæ.

## *Cor mundum crea in me Deus; & ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis.*

4. Pars. Diuina petit auxilia ꝑ conſeruatione iuſtificationis, quã gratis à Deo eſt cõſequutus.

SIngularibus etenim donis à tua liberalitate me ornatum & auctum eſſe, non eſt, vt animo inficiam, aut ſilentio tacere poſsim; cum diuino gratiæ auxilio eò peruenerim, vt tibi amore accedam, tibiq; dilectione adhæream; in quo vera pax, vniuerſaque hominis ſalus conſiſtit. & iure merito; Nam qui tibi appropinquat, & tu quam citius illi ades, & qui tibi adhæret, omne equidem adinuenit bonum, quo humana voluntas expleri poteſt. Sed, Domine mi, quid mea, ſi poſtea non ſemper tibi adhæream in hac mortali vita? & reuera mortalibus non deſunt imbecillitates, ac multæ imperfectiones, quę conſeruationem diuinæ gratiæ aut impediunt, aut illam ab eorum animis penitus tollunt. Vnde neceſsitate compulſus ad ſupercœleſtia auxilia pro gratiæ collatæ cuſtodia me conuerto; ac vt prima mei imperfectio eſt circa bona ex merito agenda, ad quæ vires humanæ à ſeipſis nil valent, ita & prima erit petitio; *Cor mundum crea in me Deus*, fac Domine, vt ego non ſolum cogitem, ſed loquar, atque agam opera, quæ ex eo ſint genere rerum, quæ propria conditione ſunt bona, & perfecta, atq; per ſe expetibilia. *& ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis*. adde etiam formam agendi, quæ operibus bonis eſt valde neceſſaria, ita vt bona opera recta intentione agam ſemper, vel in Dei honorem, vel in proximi vtilitatem. His namque perfectionibus vti opera ipſa de ſe erunt meritoria, ita tuæ maieſtati grata, mihique vtilia, & pro impetratæ gratiæ cuſtodia, ac pro adeptione gloriæ æternæ in cœleſtibus regnis.

Ne

Digitized by Google

## *Ne proijcias me à facie tua: & ſpiritum ſanctum tuum ne auferas à me.*

ALtera eſt mei imperfectio circa euaſionem à malo, dum inter inimicos conſtitutus cum eis dies noctesq; bellum gero, ac eo periculo, vt eorum tentationibus in mei perniciem non conſentiam, vel potentia victus, vel aſtutia deceptus. Contra eorum potentiam, cum ſint principes & poteſtates tenebrarum harum, præbe mihi tuum auxilium. *Ne proijcias me à facie tua*, nè me deſeras tuæ potentię facie, ſed inimicorum potentiam tua confringe potentia; vel mihi adauge uires, vt tuis præſidijs adiutus nullo modo illorum tentationibus præbeam aſſenſum. Contra eorum aſtutiam, cum ſint ſpiritales nequitiæ in cœleſtibus, adſit mihi tua protectio, vt non tollas à me tuam ſapientiam, *& ſpiritum ſanctum tuum ne auferas à me.* nè aſtuta calliditate decipiar, cum mille modis tentare ſoleant miſeros mortales, vt de illorum perditione victoriam conſequantur, atque ſuperbè iactentur.

## *Redde mihi lætitiam ſalutaris tui: & ſpiritu principali confirma me.*

ADeſt & tertia mei imperfectio, ac ſumma imbecillitas, vt à bono incepto etiam deficiam, ita feſſus aut diuturnitate temporis, aut difficultate ſuperandi tot aduerſa, quibus ſubijcitur hominum vita. Sed ne vnquam à te abſcedam, aut à tua gratia auertar, peto donum perſeuerantiæ, *Redde mihi lætitiam ſalutaris tui*, lætum ac ſalutare donum perſeuerantiæ, quod in Adam amiſi, mihi reſtitue. peto etiam actum perſeuerandi, *& ſpiritu principali confirma me*, quo in bonis operibus ſtabilitus de mea ſalute ſim ſecurus, atque confirmatus.



Digitized by Google

*Docebo iniquos vias tuas: & impij ad te conuertentur.*

9. Pars. De acceptis beneficijs multas agit Deo gratias.

IN tuto autem poſitus, atque cõfirmatus de tua protectione, ac de collatæ gratiæ conſeruatione; quid poſtea mihi eſt agendum, otioſam ne vitam degam ſine mei ipſius, & aliorum vtilitate? Non equidem, mi Domine. Sed vti cœleſtibus auxilijs à peccati obſcuritate ad iuſtitiæ lumen ſum trãſlatus, ſic cum iniquis & impijs tentabo hoc opus tuæ maieſtati tam acceptabile, ac ſuauiſsimum pietatis ſacrificium, vt primum eos erudiam, ac inſtruam. *Docebo iniquos vias tuas*, quibus quieſcant peruerſe agere, & diſcant benefacere. Quæ ſunt viæ virtutum, probis viris admodum planæ, ac faciles ad peragendum ex ſeipſis: Præter inſtructionem, illud etiam efficiam, *& impij ad te conuertentur*. vel timore flagelli, vel amore præmij; ſic namque in diuina tuæ legis diuulgatione, vti probis bona innumera promittis, ſic malis & iniquis exaduerſo multa pœnarum mala minaris, ac eis immittis.

*Libera me de ſanguinibus, Deus Deus ſalutis meæ: & exultabit lingua mea iuſtitiam tuam.*

SED qua animi exultatione repletus mihi gloriandum eſt, dum expulſis à me peccatorum tenebris, clarus ac iuſtus apud te ſum factus diuino tuæ gratiæ munere? Maximus fuit mei motus à peccato ad iuſtitiam; maximum fuit tui opus, vt animæ peccatrici iuſtificationis gratiam impartires, ac perfectam ei reſtitueres ſanitatẽ. O Domine, & Deus duplicis ſalutis meæ, & qua ſolutus ſum à peccatis, & qua tuo amore dignus ſum factus, nè aliqua ingrati animi macula accuſer, præſta, vt mentem meam emundes, ac me purges à vanis cogitationibus, & inanibus deſiderijs, *Libera me de ſanguinibus Deus Deus ſalutis meæ*. nam tunc & maiori puritate, & faciliori ſpiritu,

ritu,

ritu, *& exultabit lingua mea iuſtitiam tuam*. lingua mea exultando magnificabit iuſtitiæ tuæ munus mihi condonatum, quo tibi fui gratus, tibique vera dilectione coniunctus.

## *Domine labia mea aperies; & os meum annunciabit laudem tuam.*

SIngulare equidem donum fuit, vt fugatis peccatis tibi adhęream, ſed præſtantius munus ac perfectius eſt, vt tibi ſemper adhęream in mortali vita. at pro magnitudine tanti beneficij quas laudes tibi referam? aut quæ præconia alijs & ore, & voce manifeſtare potero? Profectò, Domine Deus, cui auxilij influxus eſt neceſſarius labijs meis, *Domine labia mea aperies*, quæ ſumma tuorum erga me meritorum benignitate ſunt clauſa, *& os meum annunciabit laudem tuam.* quam meritus es, cum tua ſapientia, & potentia mihi ea auxilia præſtitiſti, quibus ornatus, ac munitus nunquam a te diſceſsi, ſed magis tibi ſemper adhæſi.

## *Quoniam ſi voluiſſes ſacrificium dediſſem vtiq;: holocauſtis non delectaberis.*

ADdo etiam, quod præter cordis mei exultationem, ac linguæ annunciationem pronto animo eram, vt rebus ipſis memoriam tuorum in me meritorum patefacerem, ſed ab his offerendis me abſtinui, cum & ipſa brutorum holocauſta per ſe non ſint accepta, neq; amplius tuo numini grata, vt ea quæ nihil commerita ſunt, Et ſic reuera paratus eram. *Quoniam ſi voluiſſes, ſacrificium dediſſem vtique: holocauſtis non delectaberis.*



Digitized by Google

## *Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus; cor contritum, & humiliatum Deus non deſpicies.*

SED illud ſacrificium, quod homines ac peccatores de ſeipſis offerunt, vt inſpicio, eſt tibi longe gratius, cum ab eis ſummopere exoptas & ſpiritum, & cor: ſpiritum nempe & intellectum contribulatum, cor vero, & eorum voluntatem contritam peccato, & ante te humiliatam. Illorum ſpiritus eſt tibi gratus, dum mentis dolore meditantur & cogitāt, quibus grauioribus peccatis tuam ſunt tranſgreſsi legem, atq; voluntatē humanam, quæ ex ſe nihil eſt, diuinæ, qua omnia fiunt, prætulerint voluntati; *Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus*. Illorum *cor* tibi pariter eſt gratum, ſed *contritum*, per diſceſſum a peccato & cordis dolore, & oris confeſsione, & operis ſatisfactione, ac etiam *humiliatum* per acceſſum a te, & fidei ardore, & ſpei firmitate, ac ſummo charitatis amore. Huiuſmodi cor contritum, & humiliatum *Deus non deſpicies*; cum tu in operibus tuis ſummopere peccata odis, quemadmodum in illis è contra omnem diligis puritatem in bonis operandis, ac innocentiæ candorem in malis euitandis.

---

## *Benigne fac Domine in bona voluntate tua Syon; vt ædificentur muri Hieruſalem.*

8. Pars. Preces vltimo emittit pro gloria æterna obtinenda.

QVam bonus, & quā benignus es Domine Deus meus? & cui id eſt, aut ignotum, aut obſcurum? rebus ipſis tuam expertus ſum benignitatem; Nam dum eram conſtrictus peccatis ad te effudi preces, ac inde ab eis mirabiliter fui ereptus; & dum ad iuſtitiæ gradum perueni, ante te emiſi poſtulationes, vt nunquàm a te diſiungerem, aut vllo pacto recederem. Modo quid eſt mihi tertio loco faciendum? num petitionibus finem imponam tanq; is, qui diuinis auxilijs, aut donis amplius non egeam? Vana equidem equidem eſſet talis cogita-

:ogitatio,neq; a temeritate aliena. Tu es Domine Deus, qui las iuſtis & gratiam, & gloriam. Tuo auxilio ſemper tibi adıærent iuſti ın mortali vita. Tuo auxilio tibi erunt iuſti conunĉti in cęleſti vita. Tuā igitur benignitatē nunc denuo & vlimo imploro, ac totis meis viribus te deprecor pro obtinēda :ternæ patriæ gloria; *Benigne fac in bona volūtate tua Syon*, bene ıge cum iuſtis eccleſiæ militantis, qui nunc fide te Deum verū peculantur; *vt ædificentur muri Hieruſalem*. vt aſſumantur iuſti ıd ſingulos ordines Angelorum, qui ſunt inexpugnabiles mu i ſupernæ ciuitatis, ac inter illos diſtribuantur, prout ſingu-orum merita poſtulabunt.

## *Tunc acceptabis ſacrificium iuſtitiæ, oblationes, & holocauſta; tunc imponent ſuper altare tuum vitulos.*

TVnc in illa æternitate diuinę fruitionis, quę erit Angelis ac iuſtis eadem, & communis, *acceptabis ſacrificium iuſtitiæ, oblationes & holocauſta*, quæ aliud non ſunt, quam adora-:iones, laudes, & admirationes electorum; *tunc* in illa beatitudine *imponent ſuper altare tuum vitulos*, dum ſumma voluntate citius ac nutu diuini beneplaciti voluntatē adimplebunt, omnes electi & ſancti in cœleſtibus regnis, vbi ineffabili omnium bonorum fœlicitate repleti viuent cum altiſsimo Deo in ſæculorum ſæcula.

# PARAPHRASIS
## In Pſalmum Quintum.

### *Domine exaudi orationem meam; & clamor meus ad te veniat.*

1. Pars. Tres premittit Deo ſupplicationes contra peccata & præterita & præſentia ac etiā futura.

ODVLCISSIME Domine, qui ſummo cœlorum throno ſuper omnia creata mirabili reſides prouidentia, nonne aſpicis, nonne proſpicis, quo mœrore diuellor, qua moleſtia diſcrucior, & quo dolore conficior? Anima mea, quæ tuæ imaginis ſimilitudinem gerit, & veri cognitione, & deſiderio boni, hiſſe peccatorum oneribus preſſa eſt, vt neq; in te, quæ es vera veritas, neq; ante te, qui es ſummum bonum, aliqua laudis, aut iubilationis ſigna promere poteſt. Non poteſt equidem, cum peccatorum impietate ſeueritatem altiſſimi irritauit, peccantem ſibi ipſi conſtituit contrarium, angelos repulit, lętificauit dæmones, & temporalem mortem, niſi interueniat pœnitentia, efficiet ſibi perpetuam. O me miſerum: quis porregat mihi manum, vt alterius auxilio tot malorum onera deponam? Quis mihi gratuita liberalitate impertiet ſingulare iuſtificantiſ gratię munus? *Domine*, cuius facies eſt gratiarum plena, & cuius vultus eſt beneficus in petitionibus hominum, *exaudi orationem meam*, quæ eſt pro re mihi admodum neceſſaria, vt culpæ, quas elapſis annis commiſi, mihi cœleſti fauore dimittantur, *& clamor meus ad te veniat*. & clamor precum mearum excitet te, vt tuæ gratiæ dono iuſtificationem conſequar, tibique ſim gratus, & acceptus; idq; peto nihil hæſitans fide, ſed motus magno ac vero charitatis ardore.

Ne

## *Ne auertas faciem tuam a me, in quacunq; die tribulor; inclina ad me aurem tuam.*

AMplius, Domine mi, notum eſt mihi, quod tua diſponente ſapientia, nemo in hac vita ſine tentationis examine poteſt eſſe probatus, aut ſibiipſi, aut alijs; attamen dum diligenter attendo & imbecillitatem humanæ naturæ, cum homines ſint lutea fundamenta, & vaſa fictilia atq; è contra obſeruo tentationes, quibus ſcepta eſt hominum vita, quę ſemper grauioris fuere periculi, ac eò magis dum inimici præualent viribus, atq; ipſa militia eſt admodum diuturna; quis erit vitæ meæ ſtatus, & quæ ſecuritas optatæ ſalutis? Preces alias ante tuam protectionem emitto, atq; pro expellendis a me pręſentibus peccatis diuinæ gratiæ adiutorium precor, ac ſuppliciter imploro. *Ne auertas faciem tuam a me*, ne facie aut tuæ ſapientiæ, aut tuæ potentiæ me deſeras, *in quacunque die tribular*, & præſertim tentatione malæ concupiſcentiæ, aut peruerſæ meæ voluntatis, *ſed inclina ad me aurem tuam*, atq; omnino age, ne anima mea ſit decepta, aut mens ſit ſuperata ab inimicis, & eorum tentationibus, quas in ſalutis meæ diſcrimen dirigunt, atq; intendunt.

## *In quacunq; die inuocauero te; velociter exaudi me.*

SEd pro fuga a futuris malis, nõ eſt & tertia petitio ante te pro diuino auxilio erigenda? Profecto, mi Domine; magna namq; eſt hominum fragilitas, vt proprijs viribus, quæ ſunt ventura, declinare nequeant; firma itaq; ſpe munitus iterum, & tertio a tua clementia poſtulo, qui mortalibus factus es præſidium tam à præſentibus, quàm à futuris malis. *In quacunque die inuocauero te*, pro euitandis peccatis, *velociter exaudi me* tua præueniente gratia; quia ſpirituales hoſtes nobis vn-

deque, & velociter occurrunt, & ſi tardaret auxilium tuum, facile eſt illis ſuccumbere.

## *Quia defecerunt ſicut fumus dies mei; & oſſa mea ſicut cremium aruerunt.*

2. Pars. Flectit Deũ ad ſuarũ petitionũ exauditionem in medium adducens varias tã corporis quam animi miſerias, quibus humana ſubijcitur natura.

NEque impudentiæ nota me accuſare velis, ſi anxia ſit mea petitio, vt velociter aures tuas precibus meis præſtes, ad hoc enim cogor multis de cauſis, atq; compellor. Nam conditione fragilitatis humanæ factus ſum ex parte corporis homo mortalis, cuius vitæ curſus paucis clauditur diebus. *Quia defecerunt ſicut fumus dies mei*, ac etiam ex parte animæ factus ſum inualidus, ac impotens ad operandum bonum, tum ex defectu potentiæ cognitiuæ, tum ex defectu potentiæ appetitiuæ, Quæ animę facultates, *& oſſa mea aruerunt ſicut cremium*, ac vt quidam titio; cum ratio ipſa originalis culpę cauſa, deſtituta fuerit cognitionis ſplendore pro bonis cogitandis, vti & voluntas ſpoliata extitit valore virtutis in eiſdemmet ordinandis, & operandis.

## *Percuſſus ſum vt fœnum, & aruit cor meum; quia oblitus ſum commedere panem meum.*

INſuper, vbi dimitto & neceſſitatem moriendi, & ſterelitatẽ mei cordis in malis euitandis? effugiam ne ego mortem? *Percuſſus ſum vt fœnum*, ſicut fœnũ in radice percuſſum de neceſſitate areſcit, & moritur, ita & ego in radice primi parentis falce peccati percuſſus contraxi neceſſitatẽ moriendi, ac eam euadere, non eſt, vt cogitẽ. Præterea, adeſt ſterilitas magna, cũ nil viroris in meo corde ſit relictum pro malorum fuga, *aruit cor meum*, cum ratio vulnerata ſit ignorantia in rebus operabilibus cognoſcendis, vti voluntas tum malitia, tum concupiſcentia

Digitized by Google

ſcentia facilis facta ſit ad ipſa mala. Et quæ tantorum malorum fuit cauſa? ſola obliuio, *quia oblitus ſum comedere panem meum.* ac reuerà non comedi panem verbi Dei, neq; his obtemperaui, quæ mihi in Adam præcepit Deus.

## *A voce gemitus mei; adhæſit os meum carni meæ.*

MI bone Domine, preces iam emiſi, vt tuum auditum mihi benigne præſtares ob eas, quas humana conditio tũ corpore, tum animo ſuſtinet imbecillitates; at modo ne a me diſcedas, iterum precor, atq; atttende ad me, & exaudi ſupplicationem meam ob ea, quæ vt peccator pœnitens egi, dum fuerim comitatus tuæ gratiæ infuſionem pro mea obtinenda iuſtificatione. En aſpice, mi Deus, & quibus doloribus afficitur mea voluntas, quia tibi peccaui, & quis pœnarum aſperitatibus mea torquentur mẽbra, quia malum coram te feci; factus ſum equidem vt homo, qui ſola cute eſt detectus, cum flagellorum diſciplina omnis in mea carne uigor ſit infirmatus, atq; conſumptus, profectò ita eſt, mi Domine, *A voce gemitus mei, adhæſit os meum carni meæ.* nam perfectum cordis mei gemitum ſtatim ſubſequuta eſt aſpera & dura punitio tum ieiunijs, & vigilijs, tum alijs macerationibus coniuncta.

3. Pars. Proſequitur vt ſuas preces exaudiat per alia media nẽpe per opera pœnitẽtiæ.

## *Similis factus ſum pellicano ſolitudinis; & factus ſum ſicut nicticorax in domicilio.*

INſuper, propter nimium animi mei mœrorem omni partẽ diei varia operatus ſum; vt in die ac luce hominum fugiens conſortia, per latos campos ſolus recogitans Domino annos meos in lachrymis ac planctu, factus ſum ſimilis pellicano, qui auis ex naturali dote eſt ſoliuaga, luctuoſa, quærula, & gemebunda.

Digitized by Google

bunda. *Similis factus ſum pellicano ſolitudinis*, Ad veſperum vero reuerſus domum ac domicilium meum, tunc ibi videor tanquam nicticorax, quæ ex dono naturę multa cantat triſti, licet, ac lamentabili voce; *factus ſum nicticorax in domicilio*, ſic ego multa grauiter proferebam, ac lugubres edebam gemitus, Miſerere mei Domine, miſerere mei.

## *Vigilaui, & factus ſum; ſicut paſſer ſolitarius in tecto.*

INſuper, ablato prænimio dolore ab oculis meis ſomno ſeruaui vigilias in prolixam vſq; noctem, & aſſimilatus ſum paſſeri ſolitario habitanti in tecto. Qui, vt ex naturali inſtinctu, clamore vnico, & inuariabili clamat fortiter, ſic ego. *Vigilaui, & factus ſum ſicut paſſer ſolitarius in tecto*. qui pariter forti & continua voce aſperum pœnitentiæ cantum emiſi coram te, nihil aliud cãtans, Parce Domine, parce peccatrici animæ meæ.

## *Tota die exprobrabant me inimici mei; & qui laudabant me, aduerſum me iurabant.*

4. Pars. Inclinat Deum vt illum exaudiret ob perſequutiones & mala quæ ſuſtinuit & ab inimicis & ab amicis.

AMplius, quæſo, mi Domine, ne auertas faciem tuam a me, nam ſuper hæc mala, quæ ego ab intus grauiſſima pertuli, acceſſerunt etiam ea, quæ extrinſecus ſuſcepi non tantum ad inimicis, ſed etiam ab amicis. Te non latent & inimici, & amici; illi aperti, iſti adulatores & ficti: illi tum contumelijs tum factis contra me inſultabant, ac mihi illudebant, *Tota die exprobrabant me*, in his, quæ meæ ſalutis cauſa agerem: amici verò ironice me verbis laudabant, ac animo determinato iurabant in mei perniciem, atq; conſpirabant. *Et qui me laudabant, aduerſum me iurabant*, vt mihi in propoſito pœnitentiæ obſiſterent.

Quia

*Quia cinerem tanquam panem manducabam; & potum meum cum fletu miſcebam.*

NEque alia de cauſa aduerſum me miſerum pœnitentem coniurabant, niſi quia prauas ipſorum relinquens vias ›onitatem intendebam, atq; cinerem amarum pœnitentiæ, & pſum panem manducabam ſubcinericium, *Quia cinerem tamquam panem manducabam*, Itidem etiam aduerſum me iurabãt, quia potum meum cum fletu miſcebam. memor aſſiduus malæ actę vitæ, & metuens iram indignationis Domini.

*A facie iræ indignationis tuæ; quia eleuans alliſiſti me.*

ET iuſtis de cauſis iugiter timere debeo tuæ indignationis punitionem; nam eleuas peccatores ac omni honore, & co›ia eos ſublimaris, poſtmodum vidẽs inſolentiores ſuperbioresque effectos, neque homines, neque te ipſum Deum curare, indignatus eorum non ferendam arrogantiã atque temeritatem, altos deturbas, alliďiſque ad petram & conteris; ſic etenim in me ipſo expertus ſum, *A facie iræ indignationis tuæ, quia eleuans alliſiſti me*.

*Dies mei ſicut vmbra declinauerunt; & ego ſicut fœnum arui.*

PRæterea, & meæ malæ vitæ, decet, vt memor aſsiduus ſim; nam ſi me ipſum attendo, vt mortalis inter homines adſcriptus, experior equidem, & vitæ meæ durationem eſſe labilem, *Dies mei ſicut vmbra declinauerunt*; & eiuſdem vitæ conditionẽ eſſe debilem, *& ego ſicut fœnum arui*. dies profectò mei ad modum

dum vmbræ tranſeunt,cum hominum vita ſit mobilis non ſtabilis,tranſiens non manens, & à die natiuitatis vſque in diem mortis non ceſſat fluere ac curere, & de ſtatu in ſtatum tranſmutari. Inſuper & tanquam fœnum ſe habet humana conditio ex eo, quod deficiat ſumma facilitate, ac ita diſsipatur homo,vt ſi hodie eſt,cras non erit,& periet.

*Tu autem in æternum permanes; & memoriale tuum in generatione, & generationem.*

9. Pars. Promittit ſibi omnẽ libetationem à Deo q eſt æternus, ac multum miſericors.

SED meum præſidium quo liberationem conſequar à tantis malis tam commiſsis, quam committendis, à quo mihi ſperandum aut expectandum? forſitan alicuius creaturæ auxilio ſolutus euadam à peccatis? certè non, omnis enim creatura ex ſe eſt nihil; ſed tu Domine quis es in te ipſo, & qui es in nobis? in te ipſo,& à te ipſo es æternus, *Tu autem in æternum permanes;* qui ab æterno in æternum perduras,nullam temporis ſentiens mutationem, ac præterita futuraq; ita intuens vt præſentia. In nobis vero tam miſericors es,tam clemens ac benignus,vt ipſius beneficio durent perſtentque omnia, *& memoriale tuum in generatione, & generationem*, memoria enim tua qua memor es noſtri tua pietate, cum ſimus fragiles & infirmi,eſt in generationem præſentem & futuram, quia à te habemus promiſsionem vitæ,quæ nunc eſt,& futuræ.

*Tu exurgens miſereberis Syon; quia tempus miſerendi eius, quia venit tempus:*

ATque talis & tanta eſt pietas tua,quanta poteſt eſſe maxima,& præcipuè in eum populum tibi fide deditum, & in

te

te vno confidentem, nam *Tu* qui perſtas æternus *exurgens* in auxilium per clementiam *miſereberis Syon*, ac liberabis omnes fideles, qui intra ambitum Eccleſiæ militantis per fidem & gratiam clauduntur, ab omnibus malis, tã culpæ quam pœnæ: neque hoc tempus miſericordiæ poteſt præteriri, cum præfixũ ſit ac præfinitum, *quia tempus miſerendi eius, quia venit tempus*. nam tranſacto tribulationis tempore, locus dandus eſt (vt decet) ſpirituali conſolationi.

## *Quoniam placuerunt ſeruis tuis lapides eius; & terræ eius miſerebuntur.*

NEC tantummodo tu Domine Deus miſericors es fidelibus tuis, & miſerator, ſed tuæ clementiæ radijs reſplendent ſerui tui Angeli ſancti, qui tibi ſumma humilitate obediunt, ac ſeruiunt in omni ſanctitate, & iuſtitia; hi profectò maximè delectantur de bonorum conuerſione, ex quibus tamquã ex viuis lapidibus in hac mortali vita conſtruitur eccleſia tua ſancta, cuius caput eſt Chriſtus Dominus. *Quoniam placuerunt ſeruis tuis lapides eius*, ac etiam ſi quid terrenum, ſi quid reprehenſibile in mortalibus animaduertent Angeli tui, tunc pietatis affectu, ob humanam & terrenam fragilitatem, eis compatientur, *& terræ eius miſerebuntur*.

## *Et timebunt gentes nomen tuum Domine; & omnes reges terræ gloriam tuam.*

AT conſtituta Eccleſia tua ſancta, quæ tanquam omnium domina vaſtiſsimis ſupereminet imperijs, quæ deinde unt ſequuta? *Et timebunt gentes nomen tuum Domine*. & gentes e vnum ſtupebunt, ac tuum nomen, in quo tãquam in gladio piritus illa pugnauit, timebunt: neque reges terræ ſuum fatum, ſed tuam admirabuntur gloriam, *& omnes reges terræ gloiam tuam*.

## *Quia ædificauit Dominus Syon; & videbitur in gloria ſua.*

ET equidem iuſta ratione reges ipſi tuam admirabuntur gloriam, quippe qui Dominus, vt operoſæ molis author, ædificauerit Syon ac Eccleſiam ex multitudine iuſtorum ac fidelium in Chriſto congregatam, *Quia ædificauit Dominus Syon*, & hoc mirabili artificio, cum per infermiora mundi vicerit fortia. In qua Eccleſia ab vniuerſis fidelibus Deus, *& videbitur in gloria ſua*, quàm quis videre poteſt in hoc mundo, & viuet.

## *Reſpexit in orationem humilium: & non ſpreuit preces eorum.*

ATque omnia hæc mirabilia operatus eſt Dominus, quia grata ſemper ei fuit humilium oratio, *Reſpexit in orationem humilium*, nec contempſit, aut abiecit preces eorum. *& non ſpreuit preces eorum*, ſed reipſa & effectu eos exaudiuit, immitens eis deſideratam ſalutem, atque oſtendens faciem ſuæ gratiæ tantis deſiderijs optatam, atque petitam.

## *Scribantur hæc in generatione altera; & populus qui creabitur, laudabit Dominum.*

6. Part. Grati animi dat ſigna cũ Dei beneficia ſint firmiter memoriæ mandanda.

NEque tam multa, tamque ingentia, quæ Deus ſuæ ſanctæ Eccleſiæ contulit, ſunt vllo pacto obliuioni tradenda, ſed vt ſtupenda beneficia ſingularis dilectionis ſunt ſcribenda, vt diutius ac firmius in memoria maneant. Et ſcribenda ſunt nõ in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis: at neque in cordibus omnium, ſed in cordibus fidelium & iuſtorum, in quibus facta eſt mutatio dexteræ excelſi. *Scribantur hæc in generatione altera*

ra, quæ non amplius eſt carnalis, ſed ſpiritualis. *& populus, ui creabitur*, ac per ſalutarem pœnitentiæ operationem de nilo peccati aliquid gratiæ efficietur, *laudabit Dominum* in traque Syon: tum in inferiori, in qua per fidei velamen ſpecu itur Deus, tum in Syon ſuperiori, vbi Deus ſine velamine, ſed pertè videtur facie ad faciem.

## *Quia proſpexit de excelſo ſancto ſuo; Dominus de cælo in terram aſpexit.*

NEque vllum laudis argumentum deeſſe poterit fideli populo, & pręcipuè de pietate & clementia in peccatores, cum ille, qui exiſtit in excelſo ſancto ſuo, atque in ipſo cœlorū cœlo, & proſpexerit, & aſpexerit; proſpexerit & miſerus ſit noſtri, remittens hominibus peccata. *Quia proſpexit de xcelſo ſancto ſuo.* & aſpexerit, & miſertus ſit noſtri, diuinam inundens gratiam gratificantem. *& Dominus de cælo in terram ſpexit.*

## *Vt audiret gemitus compeditorum: vt ſolueret filios interemptorum.*

AC reipſa ita factum eſt, nam Dominus vt miſericors eſt, ita ob uim & virtutem pœnitentiæ & audiuit, & ſoluit. udiuit peccatores, qui erant ſuorum laqueis peccatorum cōediti. *Vt audiret gemitus compeditorum*, & præcipuè peccaorum pœnitentium, qui propria gemunt peccata, dum in ſepſis reuerſi cogitant mala, quæ fecerint, & bona quæ amiſeint: cum diuinam maieſtatem culpis offenderint, ac infœliciter amiſerint & data gratiæ, & dona gloriæ; Soluit etiam & æteros peccatores, qui alienis peccatis ſunt obſtricti, *& ſolueret filios interemptorum.*

## *Vt annuncient in Syon nomen Domini: & laudem eius in Hieruſalem.*

ATque huiuſmodi admiranda diuinæ miſericordiæ opera annuncianda ſunt vbique, ita vt nomen Domini ſanctum bonis, & terribile malis celebrandum ſit in Eccleſia militante, in qua fidelibus ſuis dat Deus vt militiæ eorum inſpector ſalutem, & gratiam. *Vt annuncient in Syon nomen Domini*; & laus itidem diuina extollenda eſt in Eccleſia triumphante, in qua Deus electis ſuis dat præmia ſuorum laborum, & æternam gloriam. *& laudem eius in Hieruſalem*. Quæ cœleſtis patria reuera eſt viſio pacis, cum ſancti Deum videntes perfectè quietantur in omnibus; vt eorum intellectus nil aliud cognoſcere, nec eorum voluntas aliud appetere velit, aut poſsit præter ipſum Deum, vt bonum, quod per ſe ſufficit, per ſe placet, & per ſe omnia poteſt.

## *In conueniendo populos in vnum: & reges, vt ſeruiant Domino.*

MIrabilis profectò fuit etiam Deus in mirabili mundi conuerſione, *In conueniendo populos in vnum*. cum populos ita longè lateque per immenſum orbis ſpacium diſperſos congregauit amore in vnum, & quo ad Deum, & quod ad ſeipſos. in Deum congregauit dono virtutum fidei, ſpei, & charitatis. in ſeipſos vero congregauit vinculis beneficentiæ ac innocentiæ vt bona ſibi mutuo cõferant, & à nocuis caueant. Nec non & principes, & optimates, ac reges ipſos ſibi aggregauit, vt ſpretis, aut re, aut animo temporalibus diuitijs, ac potentijs, vero latriæ cultu ſeruirent toto corde Domino, *& reges, vt ſeruiant Domino*.

## *Reſpondit ei in via virtutis ſuæ: paucitatem dierum meorum nuncia mihi.*

AT populus Deo fidelis proſpiciens, quæ ventura ſunt quid petit à Domino ſuo & eius ſingulari benefactori? ante omnia ſic loquitur, ***Reſpondit ei in via virtutis ſuę***, dum fortiter perambulat in via fidei ac mandatorum Dei, ***paucitatem dierum meorum nuncia mihi***. vt cum cognouerim modicam vitæ meæ durationem, tanto diligentius ſemper ad te feſtinem, neque ceſſem ab inceptis, donec ad te perueniam, & coniungar.

7. Parſ. Eccleſia ſancta euentura mala proſpiciens petit nonnulla à Deo.

## *Ne reuoces me in dimidio dierum meorum: in generatione, et generationem anni tui.*

ADdit poſtulationes populus Syon, ***Ne reuoces me in dimidio dierum meorum***, nè me auferas à vita in dimidio temporis mei, quod ob eius breuitatem non menſuratur annis ſed diebus; vt tibi digne occurrere valeam in fine mundi, virtutũ operibus perfectus atque conſumatus; Neque immeritò durationis meæ perfectionem poſtulo, nam tua duratio omnibus modis perfecta eſt, ſeſe extendens in omnes generationes quę præceſſere, & quæ ſunt venturæ. ***in generatione, & generationem anni tui.***

## *Initio tu Domine terram fundaſti; & opera manuum tuarum ſunt cœli.*

IMmo ſi de tui numinis duratione, ac æternitate ſermonem ſumam, id equidem & ſine aliqua hæſitatione proferam, tu æternus es ſine vllo initio ante omnia creata, ac etiam æternus es ſine aliquo fine poſt omnia creata. Etenim tu exiſtis

ac

ac creator es ſine vllo principio;cuius rei argumētum eſt productio terræ, *initio tu Domine terram fundaſti;* & creatio cœlorum, *& opera manuum tuarum ſunt cœli.* Rectè fundaſti terram, quia ipſa eſt fundamentum totius orbis, cum in medio ipſius ob illius grauitatem ſit ſituata; ac etiam cœli ſunt opera manuum tuarum, nempe opera tuæ voluntatis ac iuſsionis, quæ aliud non ſunt, quam ſummi artificis effectrices, ac omnipotentes manus.

## *Ipſi peribunt, tu autem permanes; & omnes ſicut veſtimentum veteraſcent.*

PRæterea, tu æternus es poſt omnia creata, ac poſt illa exiſtis ſine vllo fine & termino; neq; huius rei eſt quid obſcuritatis, nam cœli præſtantiſſimę ſubſtantiæ inter omnia corpora, *ipſi peribunt* ex parte motus, cum non erunt amplius in obſequium generationis & corruptionis earum rerum, quę in hoc mortali mundo reperiuntur; Sed tu Domine? *tu autem permanes*, & in æternum perſeueras ac perduras, cum ſis ſubſtantia increata & æterna. Inſuper, *& omnes ſicut veſtimentum veteraſcent*, nam ab eo ſtatu naturæ, quem nunc cœli habent, penitus deficient in poſterum, cum ſint ſubſtantiæ creatæ, & mutabiles.

## *Et ſicut opertorium mutabis eos, & mutabuntur; tu autem idem ipſe es, & anni tui non deficient.*

AMplius, non tantum es ęternus ſine vllo initio aut ſine tēporis, ſed etiam exiſtis ſupra motum, vt ſolus immutabilis, & inuariabilis: quod de cęleſtibus corporibus atq; elementarijs nullo pacto eſt dicendum, cū omnia mutanda ſint ab eo ſtatu, quem nunc habent, in alterum, ac ita fiet cœlum nouum

&

& terra noua; & tam facilis erit tuæ potentiæ huiuſmodi corporum tam immenſæ molis mutatio, ſicut aliquis amictus extenditur, & complicatur. *Et ſicut opertorium mutabis eos, & mutabuntur*, ac nempe ita mutati permanebunt. At, tu Domine mi, quis es? & ſeiunctus ab omni motu, *tu autem idem es* & non mutaris: & ſeiunctus ab omni tempore, *& anni tui non deficient*; & anni equidem æternitatis tuæ.

## *Et filij ſeruorum tuorum habitabunt: & ſemen eorum in ſæculum dirigetur.*

SED de iuſtorum quiete, ac ſuorum laborũ fine quid vltimo loco eſt dicendum? profectò pro veritate hęc ſunt annuncianda. *Et filij ſeruorum tuorum*, qui fide, & operibus imitati ſunt eos, qui tibi in iuſtitia ſeruierunt a malis declinantes, & bona facientes *habitabunt* ac permanebunt coram te in annis æternitatis, *& ſemen eorum*, ac poſteritas ſeruorum tuorum *in ſæculum dirigetur*, vt non deficiant a conſpectu tuo in perpetuum, ſed ſemper actu ferentur electi in Deum, qui illis eſt optima & perfecta beatitudo in æterna vita.

7. Pars. De vltima beatitudine iuſtis præparata breuiter ſe expedit.

**PARA-**

# PARAPHRASIS

## In Pſalmum Sextum.

### *Deprofundis clamaui ad te Domine: Domine exaudi vocem meam.*

1. Pars. Pro venia peccatorum obtinenda Deo offert ſupplicationes.

O DOMINE, quæ in loca iniquitatum mearum onere aggrauatus ſic miſerabiliter ſum demerſus? nonne in profunda cecidi? nonne in profundis volutor? & in profundis equidem: cum peccatorum improbitate quò longius abi ab aſcenſu & altitudine cœli, eò facilior & apertior factus eſt mihi deſcenſus ad profundiſsima inferni. Et forſitan in his culparum profundis omni ſpe deſtitutus ero de præſtanti pietatis tuæ dono, vt preces & ſupplicationes dimittam tanquam is, qui non mereatur ſuorum veniam peccatorum? Nulla equidem ratione, Domine mi, ſed fretus liberalitate tuæ clementiæ, qua omnium miſereris, vocẽ meam de profundo cordis ad te in cœlum emitto. *Deprofundis clamaui ad te Domine, Domine exaudi vocem & ſupplicationẽ meam*. Tuam benignitatẽ imploro, vt mihi concilies, nõ rebus nouis, qui es antiquiſsimus, non rebus magnis, qui es maximus, non admirabilibus, qui es rerum omnium ſapientiſsimus architectus, ſed tantummodo precibus: nam preces audis, precibus flecteris, ac precibus meam aggredior orationem.

### *Fiant aures tuæ intendentes in vocem deprecationis meæ.*

AC vehementi deſiderio affectus vt extrahar ab his profundis, atque à peccatorum laqueis ſolutus euadam, cõnecto precibus preces, atque precor, vt tua miſericordia, qua

ab animis culparum obſcuritatem expelles, & tua pietas, qua eiſdem iuſtitiæ ſplendorem imittis, quæ ſunt tui ſpiritus aures, *Fiant intendentes*, ac reipſa exaudiant *vocem deprecationis meæ*; vt ſicuti corpore mortali viuo, ita & ſpirituali ſenſu viuā, ac amplius à congregatione iuſtorum tanquam putridum membrum non recidar. Nam qua vita frui queam in hoc mortalitatis curſu ſine lumine tuæ gratiæ, & qua fruar in altera æternitatis ſtabilitate ſine ſplendore diuinæ gloriæ?

## *Si iniquitates obſeruaueris Domine; Domine quis ſuſtinebit?*

NEque vllo pacto, Domine mi, me reſpicias ac peccata mea vultu iuſtitiæ tuæ, neque, vt facta & merita mea exigunt, illa in me vteris, Nam *Si iniquitates obſeruaueris Domine* ad puniendum, & vindicandum, mi bone *Domine quis ſuſtinebit*, quis coram te ex rigore iuſtitiæ ſubſiſtet? aut tuam iuſtitiam ſuſtinere valebit? profectò nullus. non peccator, quia apertè eſt reus, non iuſtus, quia tu iudicas iuſtitias, non infans, cuius vita eſt vnius diei ſuper terram, de aliqua præſumet iuſtitia. Nam homo ex fragilitate contracta aliud non eſt, quam vas fictile, terrenum fundamentum, & lutea domus, quæ peccatis vndique circumuallatur, ac intus vanis cogitationibus opprimitur, ac multis deſiderijs anguſtiatur.

2. Pars. Rogat Deū ne cum eo velit eſſe iudex, ſed potiꝰ vt miſericors pater.

## *Quia apud te propitiatio eſt: & propter legem tuam ſuſtinui te Domine.*

SED, ne me rogantem à te tuaque pietate reiceres, eo ſemper fui animo, vt modo etiam neque poſſum, neque valeo vllam habere dubitationem de ſingulari tuæ miſericordiæ munere. Non poſſum propter tuam miſerendi ac parcendi facilitatem. *Quia apud te propitiatio eſt*, quæ tibi eſt propria, & miſericordia tam tibi eſt naturalis, vt nunquam à te, tuisq; ope-



Digitized by Google

ribus abeſſe poſsit. Non valeo propter legem tuam, qua cle̅mentiam promittis omnibus pœnitentibus, & ad te ex toto corde clamantibus. *& propter legem tuam ſuſtinui te Domine.* in tuæ miſericordiæ promiſſo erectus, vt mihi parcas, te equidem expectaui ſpe ſtabili, firma atque certa.

## *Suſtinuit anima mea in verbo eius; ſperauit anima mea in Domino.*

AC etiam huiuſmodi ſpem meam coniunctam eſſe volui cum ſplendore conſtantiæ, ac etiam virtute longanimitatis. fui in ſuſtinendo conſtans. ***Suſtinuit anima mea in verbo eius***, & contra inſultus tentationum, & contra impugnationes aduerſitatum, ac contra omnes tribulationes huius vitæ. fui in expectando longanimis. ***ſperauit anima mea in Domino.*** nam neque diuturnitate temporis vnquam amiſi meam in te confidentiam, qua ab animis mortalium expellis culpas ac miſerias, ac etiam dum punis, citra eorum mala opera punis.

## *A cuſtodia matutina vſque ad noctem ſperet Iſrael in Domino.*

**3. Pars. Inuitatio ad ſperandũ in Domino, q habitu eſt miſericors, & actu eſt miſerator.**

SED, ſi ad Dei cultores, qui ſunt vere̅ Iſraelitæ, ac fide videntes Deũ, me conuerto vt diuinæ prouidentiæ pro aliorum ſalute cooperator, quæ verba habeam niſi de præſtantia ſpei? virtus hęc, vt à Deo animis noſtris infuſa, eſt nobiliſsima, vt à Deo ad Deum ordinata, eſt præſtantiſsima, ac nobilitatis ſigna etiam emittit, dum mortalibus omnibus omni tempore eſt neceſſaria, dum viuunt mortali vita tot aduerſitatibus tantiſque peccatis plena. Meo igitur exemplo vos cohortor, ac vt eam vniuerſo vitæ curſu totisq; viribus amplectamini, inuito. *A cuſtodia matutina vſq; ad noctem ſperet Iſrael in Domino.* qui eſt miſericors, & miſerator; qui eſt fons miſericordię, & fluuius miſerationis.

Quia

## *Quia apud Dominum miſericordia: & copioſa apud eum redemptio.*

EST fons miſericordiæ, non ſolum à ſeipſo ortum habens, ſed etiam valde copioſus & abundans; Videte illum non tantum in peccatores miſericordem, ſed verius ipſam eſſe miſericordiam. *Quia apud Dominum miſericordia*, cum à libera Dei voluntate procedit peccatorum remiſsio. reſpicite illum in miſericordia abundantem, *& copioſa apud eum redemptio*. nam peccatores ſuſtentat, ne eorum animæ cadant & in inferno pereant. peccatores expectat, vt agnoſcant benignitatem ſuæ pietatis, qua malos ad pœnitentiam vocat. peccatores inſpirat, & viſitat, vt eorum cordibus fiant amara, quæ prius erāt dulcia.

## *Et ipſe redimet Iſrael ex omnibus iniquitatibus eius.*

EST fluuius miſerationis, qui non ſolum gratis ſe diffundit, ſed etiam plenè & abundanter innundat. attendite illius gratam miſerationem abſque vllo hominum merito, & abſque illius indigentia, ſed tantummodo ex ſincera eius gratia & liberalitate. *Et ipſe redimet Iſrael*, conſiderate illius liberalem miſerationem, *ex omnibus iniquitatibus eius*. à præteritis & præſentibus per remiſsionem expurgando, à futuris per præſeruationem verè Iſraelitas cuſtodiendo.



Digitized by Google

# PARAPHRASIS
## In Pſalmum Septimum.

*Domine exaudi orationem meam, auribus percipe obſecrationem meam, in veritate tua, exaudi me in tua iuſtitia.*

1. Pars. Peccator ſe ſpiciens diuerſos ſui ſtatus & diuerſas Deo offert ſupplicationes.

O DOMINE Deus, quis ſum ego, & qualis eſt vitæ meæ finis? inter malam peccatorum ſortem profectò ſum adſcriptus, & vitæ meæ finis clauditur recta Paradiſi terra: at vt peccator, atq; labe læthalis culpæ immundus, ac reus obligationis æternæ pœnæ, quibus rationibus ad illam terram tendere præſumam, vbi peruenitur & ſine macula alicuius culpæ, & ſine aliqua pœnæ miſeria? forſitan euenturum eſt, vt ſpe deſtitutus non cogitem de illa optatiſsima terra, vbi reſplendet vera iuſtitiæ rectitudo, & ſumma omnium bonorum fœlicitas? Non equidem hoc mihi perſuadeo, nam ſalubri pœnitentiæ refugio, eam, qua poſſum maiori humilitate, ſequar immenſam pietatem, cuius fructus effundere ſoles in peccatores pœnitentes. Ad inuiolabile igitur tuæ miſericordiæ ſolium, tali nunc contrito corde, accedens ante te has meas profundo preces. *Domine exaudi orationem meam*, me peccatorem pœnitentem libera à peccatis commiſſis, mihiq; condona tuæ iuſtitiæ gratiam, *auribus percipe obſecrationem meam*; meq; pœnitentem, vt ero iuſtificatus, dirigas in bonũ, a maloq; me protegas in omnibus operibus, quæ tua maieſtas reſpicere ſolet tanquam iuſta integra & honeſta: ſed dum cupio, vt aures tuas precibus meis accomodes, id equidem poſtulo non meis fretus meritis, qui omnibus repletus ſum malis, *ſed in veritate tua, exaudi me in tua iuſtitia*. quia ſtat tuæ promiſſionis veritas peccata ipſa pœnitentię ſtudioſis eſ-

ſe

ſe condonanda, idq; pariter vt iuſtum, pręcipitur lege tuæ iuſtitiæ.

## *Et non intres in iudicium cum ſeruo tuo; quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens.*

ATque, cum peccatoribus condonentur ſcelera, & peccata, idque ex auctoritate tuæ miſericordiæ obtineant, non eſt, quod in dubium vocetur; nam ſi contra peccatores vt iuſtus iudex vis exercere iuſtitiam, & cum illis in iudicium intrare, profectò nullus ſuam conſequetur ſalutem, nullusq; attinget rectam cœli terram, cuius cauſa homines à tua ſapientia creati fuere. Ideo mecum miſericorditer agens. *Non intres in iudicium cum ſeruo tuo,* & ratio ipſa nullo labore eſt inquirenda. *quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens.* cum clariſsimum ſit, & homines multa mala facere, quæ non oportet, & multa bona è contrario non facere, quæ facere oportet; ac ita quæ res erit ante te ſatis munda? ſatis innocens? & ſatis iuſta?

3. Pars. Inclinat Deũ ad miſericordiam tũ ex fragilitate humanæ naturæ, quã ex perſequutione inimici.

## *Quia perſecutus eſt inimicus animam meã: humiliauit in terra vitam meam.*

SED etiam, quam neceſſarium ſit, vt neque deſpicias preces meas, mihi equidem conſtat, te nõ latere ex iniqua perſequutione, quam paſſus ſum ab inimico, ſiue intra me ſit, vt carnalis motus, ſiue circa me ſit, vt malus homo, ſiue ſupra me ſit, vt ipſe dæmon incentor vniuerſi mali, totiusque boni impugnator. Quicunque ille ſit, hoc mihi apertum eſt, & graui meo damno. *Quia perſequutus eſt inimicus animam meam*, atque vt eam facilius protraheret ad quæcunque peccata, eo vſus eſt medio, vt ſpretis internis bonis, ac ſpiritualibus (quæ tanti

ſunt

Digitized by Google

ſunt æſtimanda) appeterem caduca inordinato ſtudio, ac totis viribus terrena quærerem, ac colligerem. *humiliauit in terra vitam meam.*

## *Collocauit me in obſcuris ſicut mortuos ſæculi: & anxiatus eſt ſuper me ſpiritus meus, in me turbatum eſt cor meum.*

AMplius, & grauioribus moleſtijs afflictus ſum, dum illius ſuaſionibus tar*i facerem caduca & mortalia, vt in his vltimum finem vitæ meæ conſtituerem, ac illis, vt diuinis rebus fruerer tanquam veris meæ beatitudinis obiectis. *Collocauit me in obſcuris ſicut mortuos ſæculi*, ſicuti infideles & gentiles, qui rerũ ignorãtia obtenebrati vtuntur fruendis, & fruuntur vtendis; quæ eſt maxima ordinis ſubuerſio inter temporalia & æterna bona, & inter creatorem & creaturas. Vnde illi hac cæca ignorantia ducti nullo pacto diuinæ ſapientiæ, atq; ordinatiſsimæ rerum prouidentiæ confidunt. Et quæ mala ex hac inimici humiliatione, & obſcuritate mihi euenere, & inordinato amore ſum afflictus, *anxiatus eſt ſuper me ſpiritus meus*, propter auidam ſollicitudinem acquirendi temporalia. & immoderato timore ſum turbatus, *& in me turbatum eſt cor meum*, propter nimium timorem eadem met perdendi bona.

## *Memor fui dierum antiquorum, meditatus ſum in omnibus operibus tuis: & in factis manuum tuarum meditabar.*

SED vt immoderatis rerum caducarum paſsionibus aliquem præfigerem terminum, ne ſpiritus vano amore anxiaretur

retur, & ne cor falſò timore turbaretur, mente eleuatus ſum in diuinæ prouidentiæ altitudine, ibique hoc primum fuit adinuentum, quod ſi homo in creatione rerum ea liberalitate dotatus fuit & corpore & anima, ac eò magis illi poſtea communicanda erant alimenta, atque alia neceſſaria pro humanæ vitæ conſeruatione. *Memor fui dierum antiquorum*, amplius ſi tu Domine veſtis flores ac ita perpulchrè; paſciſque ipſos cœli volucres, qui non ſeminant, neque metunt, neque congregant, & eo amplius curam habere debes pro hominibus; cum irrationales creaturas creaueris propter hominem, & ipſum hominem ſplēdore rationis ornatum creaſti propter teipſum. *meditatus ſum in omnibus operibus tuis*, præterea patet omnibus, temporalia ſubſidia nunquam homini deficere, ſi ea præſtiterit, vel vitauerit quæ debet, vt tu tuo ore promittis obſeruantibus tuæ legis præcepta, atque cæremonias. *& in factis manuum tuarum meditabar.*

## *Expandi manus meas ad te: anima mea ſicut terra ſine aqua tibi.*

HIS meditationibus animo erectus, ac in bonam tui confidentiam confirmatus præ magnitudine gaudij, *Expandi manus meas ad te* ac eleuaui, quia anima mea in te recepta, & præſtantiſsimam humanæ naturæ creationem agnouit, & vniuerſam prouidentiam de rebus creatis animaduertit, atque ſingularem curam de iuſtis hominibus diligenter cuſtodiuit. Vnde conſtanter profiteor aquam ipſam elemento terræ pro ſui firmitate non adeo eſſet neceſſariā, ſicuti tu Deus & animæ, & vitæ meæ opus es in his bonis, quæ à natura vt tuæ ſapientiæ miniſtra homines agnoſcere ſolent. *anima mea ſicut terra ſine aqua tibi*, vt iuremeritò dicere queam, quid habeo, quod nō accepi à tua incredibili benignitate, & in futurum quid non accipiam ex tua bonitate, quam omnia expectant?

Veloci-

Digitized by Google

## *Velociter exaudi me Domine: defecit ſpiritus meus.*

*3. Pas. Preces alias fundit, pro venia peccatorũ & pro iuſtitiæ impetratione.*

SED dimiſsis pro nunc naturæ bonis, & ad quæ ſunt maioris ponderis me conferens; nonne graui detrimento experior animam meam, quæ tuæ imaginis ſimilitudinem præſeferre debet, vt ornatam diuinæ gratię muneribus, attamẽ eiſdẽ ob multa eius peccata eſſe denudatam, atque priuatam? O me miſerum, quid dicam; cum tam prętioſa munera meis viribus non valeã obtinere? aut quid faciam? perſpicio etenim, quã neceſſariæ ſint pro his rebus ſupplicationes, atq; illas intimo cordis affectu ante tuum effundo conſpectum. *Velociter exaudi me Domine*, ſummaque adeſt neceſsitas. *defecit ſpiritus meus*, cum ſine dono diuinæ gratiæ à peccatis reſurgere non valeo; atque abſente à me eo diuino influxu, eueniet certè, vt ſpiritus meus deficiat à perfectò ſtatu vitæ ſpiritualis; ac ita eſt veritati cõſonum, quippe cum diuina gratia ſit vita animæ meæ, atque vera, & optima vita.

## *Non auertas faciem tuam à me: & ſimilis ero deſcendentibus in lacum.*

PRecor te etiam Domine pro ea ſalute, quæ poſt hanc vitã eſt mihi percipienda. *Non auertas faciem tuam à me;* nam deſertus fauore diuinæ gratiæ, quæ eſt facies tua ſummè neceſſaria, ac multum amabilis, profectò pars mea erit cum his, qui in tartareum lacum, æternãque noctem deſcenderunt. *& ſimilis ero deſcendentibus in lacum*, & hoc equidem verum eſt, nam ſine diuino gratiæ dato nec in præſenti ſęculo vitam optimam quis agere poteſt, vti & perfecta vita penitus deſtitutus erit in futuro. Hæc, tu mi Domine, cuius tanta poteſtas eſt, quanta voluntas, obſecro, ne ſinas, vt fiant.

Auditam

## *Auditam fac mihi mane miſericordiam tuam: quia in te ſperaui.*

AMplius, & tertio ante te preces emitto pro optimis iuſtificantis gratię bonis, & fac, mi Domine, vt quantotius audiam vocem è cœlo cum deſiderabili effectu miſericordiæ tuę, vt peccata mihi ſint dimiſſa. *Auditam fac mihi mane miſericordiam tuam.* O mane magnæ ſerenitatis, ò dies ſalutiferi ſplendoris. Neque ero fruſtratus, *quia in te ſperaui*, cum tua promulgatio, atque promiſsio clamat, vt in te confidentibus prę ſto adſit miſericordiæ tuæ auxilium, nam tu ſtas ad oſtium, & citius ac ſubito pulſantibus aperire ſoles.

## *Notam fac mihi viam, in qua ambulem: quia ad te leuaui animam meam.*

4 Pars. pęnitēs poſt iuſtificationis impetrationē alias emittit preces pro illi' conſeruatione.

AT Dominus Deus, forſitan ſupplicationibus meis præſcribendus eſt terminus, vt vltra non progrediar? vbi à peccatis ſolutus fui, ſic viuam inter mortales, vt tuo auxilio amplius non egeam? Nequaquam hoc, mi Domine: tuum auxilium ſummopere eſt mihi neceſſarium pro earum rerum cognitione; quibus liberè tranſire valeam per regiā virtutis viā, vt non amittam eiuſdem viæ terminum, in quo eſt profluuius omnis boni, vti ab eo longè abeſt cuiuſcunq; generis malum. ſic itaque precor. *Notam fac mihi viam, in qua ambulem*, dum diuerſis rebus inſtructus, & contemnó præſentia, & deſidero æterna, pœnaſq; infernales abhorreo, atq; me ipſum intueor. Præſentium contemptu euado expediens, deſiderio æternorū ſio feruens, horrore pœnarum factus ſum timidus, ſicut & notitia humanæ imbecillitatis valde ſollicitus efficior ad ſalutem inquirendam. Neque huiuſmodi notitiam à me tollas. *quia ad te leuaui animam mem*, & certa ſpe, & firma confidentia, cum tu ſis ſapientia increata, atque alios de his ſapere facis, quæ illorum ſaluti conducunt, & proficiunt.

## *Eripe me de inimicis meis, Domine, ad te confugi: doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu.*

ALtero auxilij genere pariter indigeo pro liberatione à malis futuris, vt tentationibus inimicorum meorum nullo modo conſentiam, vel eorum aſtutia deceptus, vel iniqua potentia victus. *Eripe me de inimicis meis Domine*, ac ita concede, *quia ad te confugi* & vt ignorans ad tuam ſapientiam contra illorum calliditates, & vt impotens ad tuam potentiam contra eorum proteruitates. Amplius, nè quæſo, me deſeras virtute, vt bona ſemper agam, omniaque mala effugiam, ſed adde vires, & adauge facultates, cum huiuſmodi ſubſidia mihi profectò ſint valde neceſſaria, vt tuæ in omnibus obtemperem voluntati, *doce me facere voluntatem tuam*. Neque à me auferas huiuſmodi gratiæ adiutorium, *quia Deus meus es tu*, Tu namq; vt mirabilis Deus ſicuti rebus omnibus tribuis eſſe, aut vitã, ita eiſdem præſtare ſoles facultatem & operandi potentiam, prout illarum natura poſtulat & requirit.

## *Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam: propter nomen tuum Domine viuificabis me in æquitate tua.*

5. Pars. Iuſtus diuino auxilio fretus pro mittit ſibi gloriæ æternæ præmia.

SED, mi Domine, cum cœleſtibus auxilijs, & non aliunde ex peccatore iuſtus ſim factus, ac iuxta leges tuæ iuſtitiæ vitam meã ſemper duxerim, quid poſtea mihi ſupereſt? & quæ præmia poſt tot tantosq; labores? Profiteor equidem & ipſum gloriæ donũ, quod in clara & aperta Dei viſione conſiſtit, à te accepturũ, idq; præcipuè ex perantiqua bonitate ſpiritus ſancti. *Spiritus tuus bonus deducet me in terrã rectã*, amplius & modũ te videndi in amplo cœlorum templo mihi fore communicandum,

dum, prout meis meritis ex tua iuſtitia debetur. *& propter nomen tuum Domine viuificabis me in aquitate tua*, nam vti Deus in cœleſti regno videtur equidem ab omnibus facie ad faciem, ſic etiam & inequaliter id contingit ſecundum propria electorum merita.

## *Educes de tribulatione animam meam; & in miſericordia tua diſperdes omnes inimicos meos.*

TVnc etiam in illa æternitate victoriam conſequar de his inimicis, qui intra me ſunt, *Educes de tribulatione animam meam*, nam corpus tunc temporis erit animæ meæ tabernaculum delitijs plenum, iuſtrument umilliſummè obedien s, ac domus ſummæ honeſtatis. Securus ac tutus etiam de altera, & ſecũda victoria, ab his nempe inimicis, qui circa me ſunt, & modo animam meam perdere quærunt, *& in miſericordia tua diſperdes omnes inimicos meos.* Nam tu immenſa miſericordia affluis & abundas, vt ea etiam vtaris in infernalibus flammis, ac malos homines citra condignum caſtiges, & punias.

## *Et perdes omnes, qui tribulant animam meam: quoniam ego ſeruus tuus ſum.*

DE inimicis vero, qui ſunt ſupra me, quiq; tam auide malum quærunt, & bonum ipſum odio perſequuntur, erit ne in ea terra aliquid timendum? profectò nihil, ſi verum fatear: non amplius erit tempus belli, ſed iuſtis erit perfectæ victoriæ æternitas, ac ſupremæ fœlicitas gloriæ. *Et perdes omnes, qui tribulant animam meam*, nam ex tuæ iuſtitię decreto, dæmones in perditionem erunt conſumpti, ac æterna tormentorum acer-

bitate attriti; quia modo ex iniqua eorum voluntate me impugnant, ac capitali odio me inſectātur, & non alia de cauſa, niſi *quoniam ego ſeruus tuus ſum*. ac tuā intendo ſeruare voluntatem & dum prohibes mala, & dum præcipis bona, à quibus præceptis me dimouere conantur tanquam hi, qui conſumata malitia diuinæ voluntatis beneplacito ſunt oppoſiti, ac inuida mente tabeſcunt ob rationalis creaturæ gloriam in vita æterna omnium bonorum affluentijs repleta, ad quam nos perducat Ieſus Chriſtus, Deiparæ Virginis Filius vna cum Patre, & Sancto Spiritu in ſempiterna ſæcula.

F I N I S.

INDEX

Digitized by Google

# INDEX EORVM,

## QVAE HIS PARAPHRASIBVS comprehenduntur.

*A*

*ABSENTIA diuina à nobis, & eius præſentia in nobis ſunt nobis ignota cognitione naturali, at ſupernaturali reuelatione fiunt aliquando nota. Verſ. Ecce enim veritatem.* fol. 41

*Acceſſus ad Deum eſt peccatori neceſſarius, vt ad diuinam gratiam, quæ habitualis eſt, ſe præparet: & fit tum fide, ac ſpe & charitate in Deum. Verſ. Sacrificium.* 48

*Anima humana diuinam gerit ſimilitudinem, & veri cognitione & deſiderio boni. Verſ. Domine exaudi orationem meam* 50

*Arguere, & corripere præſeferunt ſignificationem pœnarum, & arguere habet vim aſperioris pœnæ, quā corripere. Verſ. Domine ne in furore.* 8. 25

*Aſpicere, & proſpicere in Deo quo ad peccatores diuerſa ſignificant. Verſ. Quia proſpexit.* 59

*Aures Domini in peccatores pœnitentes ſunt duo actus eius pietatis. Verſ. Fiant aures tuæ.* 65

*Auxilia diuina pro hominum ſalute diuerſa ſunt, prout & tres principales ſunt ſtatus hominis; nempe tranſitus à peccato ad iuſtitiā, & perſiſtentia in operibus iuſtis, atque eleuatio à ſtatu gratiæ ad ſtatum gloriæ. Verſ. Benigne.* 48

*B*

*BEatitudo in via eſt duplex, & quando homo ex peccatore fit iuſtus. Verſ. Beati quorum. & quando in iuſtitia ipſa perſiſtit, ac opera iuſta facit, & recta. Verſ. Beatus vir.* 17

*Beatitudo alterius vitæ multis in locis breuiter tangitur. Verſ. Benigne fac.* 48
*Verſ. Filij ſeruorum tuorum.* 63
*Verſ. Spiritus tuus bonus.* 74
*& hic tangit triplicem victoriā contra tres inimicos vitæ præſentis.*

*Beatitudinis præmia innumera ſunt. Verſ. Multa flagella.* 24

*Bona, quæ in hoc mundo inordinate appetuntur, ſunt vel delectabilia, vel vtilia. Verſ. Amplius laua.* 39



Digitized by Google

## C

CHamus eſt inſtrumentum quid diuerſum à freno, ac ita Deus modo diuerſo punit peccatores, vel leuius, vel grauius. Verſ. In Chamo & freno. 23
Confeſſio amplecti debet peccata tam omiſſionis quam commiſſionis. Verſ. Delictum meum. 19
Confeſſio debet eſſe de proprijs culpis, & non de alienis. Verſ Dixi. 20
Confeſſio eſt neceſſaria tam peccatoribus, quã iuſtis. Verſ Pro hac 20
Contritio debet eſſe coniuncta cum maximo cordis dolore. Verſ. Laboraui in gemitu. 13
Contritio & ſatisfactio ſunt in peccatori neceſſaria pro liberatione à proprijs culpis. Verſ. Laboraui 13
Contritio, & ſatisfactio in eo differunt, vt peccator ſua contritione comitatur diuinã iuſtificationem; at ſatisfactione eam ſequitur Verſ. Laboraui. 13
Conturbatio, & turbatio in peccatore ſunt duo diſtincta, quia & dupliciter in homine contingit peccatũ, aut quando ſenſus non regulatur à ratione, aut quando voluntas humana bona propria non ordinat ad Deum. Verſ. Miſerere mei. 10
Verſ. Et anima mea. 11
Conuerſio peccatoris ad Deum graues habet difficultates, tam ab interno quam ab externo. Verſ. Cor meum. 19
& alijs verſibus ſubſequentibus.
Conuerſio ad Deum, quam velox eſſe debet. Verſ. Erubeſcant. 16
Conuerſio aliquando habet initium à flagellis diuinis. Verſ Quoniam die ac nocte. 19

## D

DAmna multa proueniunt à peccatis, quarum altera ad animum, altera ad corpus ſpectant. Verſ Miſer factus ſum. & ſequentibus verſiculis. 27
Damnati in inferno nec cognoſcunt, neque Deum amant, vt bonus es in ſeipſo, ac vt bonus eſt in alijs. Verſ. Quoniam non eſt. 12
Delictum, & iniquitas valde differunt Verſ. Delictum meum. 19
Deus cognoſci debet & vt creator, & vt adminiſtrator, & vt index. Verſ Domine ne in furore. 9
Deo habenda ſunt ſupplicationes contra omnia peccata, tam præterita, quam præſentia, ac futura. Verſ. Domine exaudi & Verſ. ſequentibus. 50. 51
Diabolus dupliciter in genere hominum tentat, & vt mala agat, & vt

bona

*bona omittat. Verſ. Qui retribuunt mala.* 35
*Dies iudicij varijs nominibus appellatur. Verſ. Turbatus.* 14

*E*

*EFfectus mali ac diuerſa damna, quibus male ſe habet anima peccatrix. Verſ. Domine exaudi.* 50
*Exercitia iuſtorum in cœleſti regno. Verſ. Tunc acceptabis.* 49
*Erubeſcentia duplex, vna in damnatis tempore iudicij, & erit inutilis: altera eſt in pœnitentibus, & frugifera. Verſ Erubeſcant.* 16

*F*

*FInis hominum eſt, vt in cœleſti regno & cognoſcant, & ament Deū. Verſ. Quoniam non eſt in morte.* 12
*Fomes peccati eſt infirmitas, qua homo ad bonum eſt difficilis, & facilis ad malum. Verſ. Miſere mei* 10
*Furor & ira tribuuntur Deo, quia peccator duo mala facit, & auertit ſe à Deo, & conuertit ſe inordinate ad tranſitoria, vel mala euitanda, vel bona proſequenda. Verſ. Domine ne in furore.* 9 25
*Furor, & ira in Deo ſunt duo genera punitionum in peccatores, nempe vel damni, vel ſenſus, quæ inter ſe diuerſa ſunt, vt furor eſt ab ira valde diſtinctus. Verſ. Domine ne in furore.* 9. 25
*Frenum & chamus vti ſunt inſtrumenta diſtincta, ſic & ſpiritualiter accepta ſignificant pœnas ſenſus, quas vel grauiores vel mitiores immittere ſolet Deus in peccatores, vt cōuertantur. Verſ. In chamo.* 23

*G*

*GEmitus in peccatore ſignificat internam animi contritionem in deteſtationem peccati. Verſ. Laboraui in gemitu.* 13
*Verſ. Et gemitus meus.* 29
*Verſ. A voce gemitus mei.* 53
*Gloria æterna precibus eſt poſtulanda. Verſ. Benigne fac.* 48
*Verſ. Spiritus tuus bonus.* 74
*Gratia diuina eſt valde neceſſaria homini in omni ſtatu mortalis vitæ, & dum tranſit à peccatis ad iuſtificationem, & dum in iuſtitia viuit, & dum ad cœleſtia tendit. Verſ. Benigne fac.* 48
*Gratia diuina homini in ſtatu iuſtitiæ neceſſaria eſt bifariam, alia protegens à malo, & alia in bonum proficiens. Verſ ne derelinquas me, & ſequenti.* 35
*Gratiam magnam Deus impendit peccatoribus quando illorum animas ſoluit ab oneribus peccatorum; & gratia ſingularis eſt, dum illis*

lis reuelat à peccatis eſſe ſolutos. Verſ Ecce enim veritatem. 41
Gratia diuina ſuis perfectionibus longè ſuperat omnia dona, & bona natura. Verſ. Aſperges me. 43

H

HOmo, dum eſt in peccatis, eget diuina gratia, vt liber ab illis Deo adhæreat. Verſ Miſerere mei 10
Homo, dum iuſtus eſt factus, iterum eget auxilio diuinæ gratiæ, vt Deo ſemper adhæreat. Verſ Conuertere. 11
Homo peccatis inuolutus non eſt propriè vir, ſed efficitur vir poſt culparum remiſſionem, & iuſtè ac rectè viuit; hoc colligitur ex duobus primis verſiculis Beati quorum. 17
Homo vt factus eſt iuſtus ſuſtinere habet tribulationes internas & tentationes externas. Verſ. Tu es refugium. 21
Homo cauet à peccatis in Deum, fidelitate, reuerentia, & obſequio. Verſ Miſerere mei Deus. 37
à peccatis in proximum tum beneficentia, tum innocentia. Verſ. Et ſecundum. 38
à peccatis in ſeipſum ordinato amore circa delectabilia, & vtilia. Verſ. Amplius laua. 39
Humanæ imperfectiones apparent in homine, in diuerſo ſui ſtatu, quando eſt in peccatis, ſuis viribus ab illis ſe liberare nequit, dum in iuſtitia viuit, bona agere meritoria & à malis præcauere non valet. ac etiam dum ad cœleſtia tendit. Verſ. Benigne fac. 48
& de his imperfectionibus alibi ſæpe.

I

IMpugnatio, deſtitutio, perſequutio ſunt tria impedimenta, quæ experiuntur pœnitentes in eorum conuerſione. Verſ amici mei. 30. 31
Imputat Deus homini peccatum, quando relabitur in peccata poſt impetratam remiſſionem. Verſ. Beatus vir. 18
Indignatio Domini ſummè pauenda eſt; Verſ. Turbatus. 14
Verſ. à facie iræ tuæ. 35
Infirmitas communis ex ordinario humanæ naturæ eſt pronitas ad malum ex fomite peccati. Verſ. Miſerere mei. 10
Ira Dei ſignificat punitionem in peccatores, quæ eſt pœna ſenſus, & minus grauis ab ea furoris, & damni. Verſ. Domine ne in furore. 25
Iuſtificatio impij à Deo duo includit, & liberationem à peccato, & iuſtitiæ infuſionem per illius gratiam Verſ. Miſerere mei. 10
Iuſti homines & recti corde differunt eo in loco, nam illi ſunt qui ex peccato tranſeunt ad iuſtitiam, hi vero perſiſtunt in operibus iuſtis. Verſ. Lætamini in Domino. 24

In-

Digitized by Google

Inueteraſcit quis in peccatis, duplici de cauſa, vel malorum occultatione, vel bonorum abuſione, ac ſuperbia: Verſ Quoniam tacui. 18

## L

Lætor eſt quid diuerſum ab exulto, & vtrumque a glorior. Verſ. Lætamini. 24

Lex diuina nempe decem Decalogi præceptorum intendit efficere hominem perfectum, ac bonum triplici gradu bonitatis et quo ad Deũ. Verſ Miſerere mei Deus. 37
& quo ad proximum. Verſ Et ſecundum multitudinem. 38
& quo ad ſeipſum. Verſ. Amplius laua 39

Lex diuina impugnatur à diabolo, & quo ad præcepta affirmatiua, vt ipſe eſt impugnator boni, & quo ad præcepta negatiua, vt ipſe eſt mali incentor. Verſ Qui tribulant me. 35

## M

Medicamentum purgatiuum à commiſſis, & præſeruatiuum à committendis eſt pœnitentia. Verſ. Beati quorum. 17

Media valde efficacia, vt peccatores conuertantur, ſunt duo, nempe apertio culparum omnibus in extremo die, et cogitatio pœnarũ, quas in inferno ſuſtinent. Verſ. Erubeſcant. 16

Miſerabilis eſt conditio hominis in ſui ortus conceptu, cum maculatur eius anima, & caro ipſa. Verſ. Ecce enim. 41

Miſerias multas tam ex parte corporis, quam animæ homo incurrit cauſa peccati originalis. Verſ. Quia defecerunt. 52
& ſequentibus verſic.

Miſericordia, & iuſtitia in Deo maximè ſunt coniunctæ. at diuerſis poſtulationibus poſtulantur. Verſ. Auerte faciem. 43

Miſericordia & miſeratio valde differunt, vt habitus & vt actus. Verſ Quia apud Dominum. 67

Miſericordia Dei in peccatores poteſt eſſe in triplici gradu; vel parua vel mediocris, vel magna. Verſ Miſerere mei. 36
Verſ. Quia apud Dominum miſericordia. 67

Mors æterna eſt infernus. Verſ. Quoniam non eſt. 12

## N

Neceſſaria multa ſunt homini poſt peccatorum remiſſionem, & vt tutus ſit à tentationibus. Verſ.. Tu es refugium. 21
& vt cognoſcat quæ ſunt agenda.
& vt habeat uires pro his agendis. } Verſ. Intellectum tibi. 22
& vt perſeueret in actione bonorum.

Quæ

Quæ auxilia alibi precantur à iuſtificatis, & vt bona meritoria rectè agant. Verſ. Cor mundum. 44
& vt caueant à malis. Verſ. Ne proycias me. 45
& vt continuent in bonis. Verſ. Redde mihi. 45
Nobilitas naturalis à Deo impertita homini maxima eſt ſuper omnia bruta. Verſ. Nolite fieri. 22

O

OCculi Domini ſuper iuſtos ſunt eius potentia & ſapientia. Verſ. Intellectum tibi. 22
Opera meritoria à ſeipſo efficere nequit homo. Verſ. Conuertere Domine. 11
Ordo internæ iuſtitiæ peruertitur in peccatore. Verſ. Miſerere mei, quoniam. 10
Originalis culpa multa damna homini intulit & quo ad illius corpus, & quo ad eius animam: cum hominis vita ſit facta breuis, & eius anima deſtituta perfectionibus quo ad bonum. Verſ. Quia defecerunt. 52
ac etiam homo factus ſit mortalis, ac eius anima imperfectionibus vulnerata. Verſ. Percuſſus ſum. 52
Oſſa hominis ſunt eius animæ internæ facultates, ac potentiæ. Verſ. Non eſt ſanitas. 26
& alibi ſæpe.

P

PEccatum, & pœnitentia ſibi mutuo aduerſantur & quo ad bona naturæ, & quo ad bona gratiæ, & quo ad bona gloriæ. Verſ. Beati quorum. 17
Peccata quomodo cognita facit peccator Deo. Verſ. Delictum meũ. 19
Peccator duo attendens in eius peccatis nempe auerſionem, & conuerſionem, ac ita duo à Deo poſtulat. Verſ. Domine ne in furore. 9
Pœnitentiæ laudes. 8
Pœnitentiæ virtus ac medela contra omnia peccata tam præterita & præſentia, quam etiam futura. Verſ. Beati quorum. 17
Pœnitens dum ſe præparat ad conuerſionem grauia, & ardua ſuſtinere habet tam interne, quam externe. Verſ. Cor meum. 29
& ſequentibus verſ.
Pietas humana in peccatores duo complectitur, & eruditionem, ac eorum conuerſionem. 46
Præparatio pœnitentis, vt diuinam gratiam ſuſcipiat, duo includit, & receſſum à peccato, & acceſſum ad Deũ. Verſ. Tibi ſoli peccaui. 40



Digitized by Google

*Punit Deus peccatores impœnitentes tum in præſenti, tum in futura vitæ. in præſenti & priuatione gratiæ & mali immiſſione; in futura, & priuatione gloriæ, & omnis mali inflictione. Verſ. Domine ne in furore.* 9.25

## Q

*QVies iuſtorum poſt laborem præſentis vitæ eſt in futura paradiſi gloria. Verſ. Et filij ſeruorum tuorum.* 65

## R

*RAtio, & voluntas humana ob peccatum originale amiſerunt perfectiones illis à Deo tributas, ac grauiter vulneratæ ſunt quo ad malum. verſ. Quia defecerunt.* 52

*Receſſus à peccato neceſſarius eſt peccatori, qui fit & cordis contritione, & oris confeſſione, & operis ſatisfactione. verſ. Quoniam ego in flagella paratus ſum.* 37 *& verſibus ſequentibus.*

*Relabens in peccata peccator, & ingratum, & doloſum ſeſe declarat in Dominum, qui prius illi peccata condonauit. Verſ. Beatus vir* 18

*Relabens in peccata efficitur deterior, ac peior quam ante. verſ. Putruerunt.* 27

*Remiſſio peccatorum eſt magnum Dei donum. verſ. Putruerunt.* 27

## S

*SAcrificium Deo gratum ei oblatum à peccatore eſt intellectus humanus & humana voluntas. verſ. Sacrificium.* 48

*Satisfactio pro peccatis ſequi habet iuſtificationem à Deo impetratã. verſ. Laboraui.* 15

*Satisfactio facienda eſt tam pro peccatis omiſſionis, quam commiſſionis, atque hæc aſperior. verſ. Laboraui.* 15

*Sentẽtia diuina in extremo die duo genera pœnarum complectitur, quæ tangit pœnitens in ſua poſtulatione. verſ. Domine ne.* 8.25

*Spes in Deo eſt maxima virtus, admodumq́; neceſſaria. verſ. A cuſtodia.* 66

*Spem in Deo aſſociare debent & confidentia, & longanimitas. verſ. Suſtinuit.* 66

*Spiritus rectus, Spiritus ſanctus, ſpiritus principalis ſunt diuerſa Dei auxilia iuſtificato neceſſaria pro rebus diuerſis. verſ. Cor.* 44.45

Tegit

Digitized by Google

## T

*Tegit Deus peccata, dum ea peccator detegit per confeſſionẽ verſ. Beatus vir* 19
*Tempus vitæ præſentis eſt tempus opportunum pro peccatorum venia. verſ. Pro hac.* 20
*Tentatio duplex & interna à carne, & externa à dæmonibus. verſ. Tu es refugium.* 21
*Tentationi diabolicæ vt reſiſtamus, maximo Dei auxilio indigemus quod de alijs inimicis pariter eſt dicendum. verſ. Inimici autem mei.* 34
*Tentationes à Deo ſunt ordinatæ tanquam quædam examinationes & probationes. verſ. Ne auertas.* 51
*Timor diuini iudicij corda peccatorum penetrat, vt ad ſeipſos redeant. verſ. Turbatus.* 14
*Tribulationes præſentis vitæ ſunt expetendæ, cum harum medio ſatiſfaciãt diuina iuſtitia pro temporalibus pœnis, & pro reliquijs peccatorum. verſ. Aſperges me.* 42

## V

*Veritatem diligit Deus in peccatore, quando fatetur ſeipſum criminum reum. verſ. Ecce enim.* 42
*Vita hominum eſt in ſummo periculo ſalutis ob varias tẽtationes. verſ. Ne auertas.* 51
*Voluntati diuinæ in omnibus eſt obtemperandum ob varias rationes. verſ. Et anima mea.* 11
*Voluntas humana ob primi hominis tranſgreſſionem male ſe habet circa bona appetenda, vti & circa mala euitanda. verſ. Quia defecerunt.* 52

FINIS.

## ERRATA.

| | | |
|---|---|---|
| In fronte libri. | Archetypo. | Architypo. |
| 11. Verſ. Conuertere. | præces. | preces. |
| 12. Verſ. Conuertere. | perſequar. | proſequar. |
| 16. Verſ. Erubeſcant. | termine. | termino. |
| 12. Verſ. Conuertere. | præcor, prẹcib. | precor precibus. |
| 40. Verſ. Tibi ſoli. | ſede. | fide. |
| 40. Verſ. Tibi ſoli. | præmiſſis. | promiſſis. |
| 50. Verſ. Domine exaudi. | hiſſe. | hiſce. |

BIBLIOTECA NAZ. VITT. EMANUELE

Digitized by Google